




Jo: Angelo De Contecillis
1583.









DE VERA METHODO QVIBVSCVNQVE VVLNERIBVS MEDENDI CVM EO MEDICAMENTO

Quod aqua simplici & frustulis de Cannabe, vel de Lino constat.

PHILIPPO PALATIO TREBIATE MEDICO ET PHYLOSOPHO AVCTORE.



PERVSIÆ:
Excudebat Valens Panitius Mantuanus, Impræssor Ill. Decemuirorum, & Excell. Collegij.

AVCTOR AD LECTOREM.

Vulnera lector aqua ſanari coutinet, eius,
Ac veræ terræ ſic Liber iſte locum.

De Globo terreo ex quatuor elementis compoſito;
De prophetarum Abyſſo:
De Platonis Tartaro:
De Homeri Baratro:
De Homeri, aliorumque priſcorum Theologorum, & Poetarum Oceano:
De Phyloſophorum vero aquæ elemento, & de eius vero loco & ſitu:
De vero etiam ſitu & loco veri elementi terræ.
Verum aquæ elementum, circum ambire, & Vndique cooperire verum terræ elementum.
De Vrbis Venetiarum origine, & Laudibus.



REVERENDI PATRIS BAR-
THOLOMEI BLONDI ROMANI
Societatis Iesu ad Lectorem.

Si chartis numeres, paruus, si pondera rerum,
Spectes, te lector, Iudice, magnus erit,
Auctorisq; Liber scriptum nisi nomen haberet,
Crederet Auctorem Quilibet Hippocratem.

PATRITII VICI STRONCO-
niensis ciuisq; Perusini Ad Librum.

Optatam in lucem prodi, tutusq; per oras,
Et fœlix doctis semper amicus eas,
Auctorisq; tui dignos habiturus honores
Ingenium referens, & medicamen aquę.

VINCENTII MENECVTII
TREBIATIS.

Alter amœnus adest, Clitumni iunctus in vndis
Fons, qui sanat aquis vulnera cuncta suis:
Trebia quem genuit, clarum fecitq; Philippum
Virtus, non patrię gloria parua suę:

A ij

GVRII LAMBARDI

TREBIATIS.

Romani potuere tuos Clitumne triumphi
  Dum fuit illa potens, nobilitare boues
Aſt etiam alborum defecit fama tuorum
  Romano imperio deficiente, boum:
Nunc pariat quamuis tua villa Bouaria tales,
  At tamen obſcuri nominis ipſe fores,
Vulnera ſanaret ni ſic terræq; Philippus
  Atq; locum proprium reſtituiſſet aquę:


ASCANII PALATII

TREBIATIS.

Mirari ceſſent mortales amplius, vnde
  Clitumni niueos fecerit vnda boues,
Sed quærant potius deduxerit vnde Philippum
  Qui potuit tantum reddere nomen æquę
Ex quo maiorem referat iam Trebia famam
  Illa, quæ fuerit nata colore boum:

ILLVSTRISSIMO AC MAXIME EXCELLENTI SFORTIAE MARCHIONI PALAVICINO, omnium Copiarum Senatus Veneti Generali Gubernatori;

PHILIPPVS PALATI- VS TREBIAS: FOELICITATEM.





ENEXIMANDER *vir Illuſtriſ-ſime cum de optimo Principe, & de militaris exercitus optimo Imperatore, multa cum a Platone, tum ab Ariſtotele accepta ſcripſerit, nos ex vtriusq; ſententia, ad tria tantũ capita redigenda, ad animi, corporis, & fortunę bona iudicauimus, Priora, cum ſint, non ſolum in nobis, verum etiam per ſe bona, nõ vt cœtera ad alia ordinata, ideo cæteris tanq̃ digniora præponuntur; quę licet in moralibus virtutibus præcipue, tamen & in ſpectatiuis conſiſtunt, Bona autem corporis, quamuis & ipſa in nobis ſint, non tamen per ſe bona ſunt, ordinantur enim ad animi bona, Sanitas,*

corporis fortitudo, & pulcritudo, sine animi bonis immerito desiderantur, Bona autē fortunę cū sint bona extra nos, quia nec in nostra potestate, nec per se sunt bona, ad priora vt ad magis perfecta ordinantur, nobilitas enim, diuitię, nec non filij, licet maioris sint momenti sine bonis animi, & corporis nil boni habebunt. Quæ omnia bona cum in te non aliquo fuco, nō ex hominum opinione, sed vera semper ac imutabilia reperiantur, non immeritò optimus Princeps, & militaris exercitus optimus Imperator prædicaris, quod vnicuiq; satis probatum fuerit si qualia in te sint bona, & primum animi inspiciantur, vt in moralibus virtutibus, quanta in te sit iustitia, prudentia, fortitudo, & temperātia, in spectatiuis etiam, a doctioribus multum profecisse & pręcipue in mathematicis disciplinis hominibus tui ordinis & dignitatis non solum perutilibus, verum etiam ex diuini Platonis sententia in Dialogo de Iusto necessarijs, omnibus excellere iudicaberis. Corporis autem bona, vt eius fortitudo, pulcritudo, & sanitas, nec tibi desunt a natura, pulcritudo ex optima omnium partiū commensuratione talis est, vt te omni imperio dignum reddat, qualis autem sit fortitudo quæ olim pro Cæsare Carolo Quinto & in Pedemontibus, & in Gallia Cisalpina, & alibi, & pro Ferdinando in Pannonia contra Turcas egeris ostendunt. Sanitas autem, corporis etiā bonū, licet in te nūc talis nō sit quæ olim a Natura condonata tibi fuerat, non tuo vitio, non aliqua incontinentia, nec in aliqua victus rationis intemperantia accidit: Sed quia vt animi bona,

tanq̃ nobiliora & te digniora consequereris, quæ corporis bona sunt, despexisti, Aeris enim, cũ Germaniȩ tum Pannoniæ intẽperies, earumq; victus ratio a nostra multum dissimili qua per multos annos vsus fuisti id effecit, in his regionibus non solũ sæpe prohibuisti, ne Turcarum furor totam Pannoniam vastaret, verum etiam ea corporis & animi fortitudine eorum esercitum quandoq; confregisti, vt tuos milites tui exemplo docueris hostium violentiam reprimere, eosq; tandem debellare, & debellatis non pro voluntate, sed secundum iustitiam & temperantiam imperare, Sic enim illa militum agendi libertas, ac potentia, ne ad libitum omnia vastentur, contemperatur, & retinetur, & hoc fortasse voluit diuinus Plato in sua Republica cũ optaret milites canibus similes, qui domesticis & familiaribus blandiantur, ignotos autem grauiter ferant, erga victos, mansuetos, aduersus hostes, ac pugnaces, immites. Quo ad alia bona, quae extra nos, & fortunæ bona dicuntur, licet tot tãtæq; sint tuæ virtutes, tuaq; præclara gesta, vt ex his omnẽ tibi maiorem nobilitatem paraueris, tamen talis est per multos iam annos Palauicinȩ familiȩ, ex egregijs & celeberrimis qui te in ea viris præcesserunt acquisitus splendor, vt inter Illustrissimas Galliæ Cisalpinȩ familias, nulli fuerit secunda, qui adeo per te auctus est, vt Europæ Illustrioribus familijs non solũ paucis euaserit secunda sed quãpluribus, prior: Quo ad diuitias non est, qui nesciat te cæteros Illustrissimos qui post Parmȩ & Placẽtiȩ Principem dominantur in ea Cispadana regione diuitijs

& dominio superare: Quo ad filios autem qui & inter bona fortunę reponuntur, non quia tu illis careas nō desiderandos dicimus, sed cum diuinus Plato in dialogo de voto dixerit, filios adeptos, sæpenumero parentibus multarum calamitatum maximorumq; dolorum fuisse in causa, vel quia per omnem vitam improbi viuant, vel si probi fuerint, & aliquo aduerso casu intereant, tunc parentes nec aliis minus miseri sunt, nunq̃ enim filios genuisse potius eligerent, quos equidem vt in Dialogo qui Menexenus inscribitur idem asserit exoptandos esse, non autem immortales sed probos & Illustres, verum cũ tuæ vir Illustrissime tuæq; præstantissimę Coniugis tales sint virtutes, vt è vobis geniti filij, nō solũ eas non adæquare, sed vix attingere possent, ideo minus malũ fortasse fuerit, si filijs careatis quã eos, a vobis dissimiles genuisse: Caius Iulius primus ille Cæsar, & Magnus Alexander, non in filijs, sed in virtutibus & in his quæ gesserunt viuunt, Cũm tu igitur in his omnibus bonis excellas, Christianę etiam religionis obseruãtissimus & accerrimus defensor, & solus Turcarum Tiramno sis terrori, omnium cõsensu Optimus Princeps habendus eris, quod etiam militaris exercitus optimus Imperator pluribus argumentis comprobatur. Cum tota militaris disciplina, hisce præsertim temporibus pluribus cõstet partibus, in quibus omnibus cum tu excellas non immerito talis etiam eris, non enim minus de te dici potest, quod Marcus Tullius Catonẽ maiorem de Scipione Africano solitũ dicere refert, quod nũquã minus ociosus esset, quã cũ ociosus, nec mi-


nus solus, quã cum solus esset, Tu enim in hac pacis tranquillitate, quam Dei Optimi Maximi beneficio, per multos iam annos, Senatus Venetus sibi conseruat, & quousq; conseruabit, nõ solum in hac a belli cessatione, de bello ac de negotijs cogitas, & cogitabis, & in solitudine tecum loqueris, & locuturus es: Sed in construendis arcibus in expugnabilibus vel a fundamentis, quod Bergomum in Gallia Cisalpina Transpadana: Sara autem in Dalmatia, ac non nullæ ab alijs iam non sine vitio constructę per te in meliorem formã ac ordinem redactę quantum in ea parte militaris disciplinæ valeas, ostendunt: Eadem belli Cessatione & Pacis tranquillitate in altera militię parte vteris, quæ bellica instrumenta seu tormenta respicit, quibus penè inexpugnabiles arces expugnantur, In qua etiam parte, quo iudicio & arte polleas, quæ ex tuo consilio constructa sunt ostentant, Cum deniq; talis, ac tantus vir Illustrissime sis, nõ mirum si te vnum, inter tot, ac tantos, tuam in eo loco dignitatem exoptantes, prudentissimus Senatus Venetus, suæ militię, omnibusq; suis copijs præfecerit, vt eum non decebat, quã te vnũ Sfortiam alium eligere, ita iam, nec te alij, vel Cæsari, vel Regi, q̃ huic Senatui vel augere, vel dominium conseruare, Sed vt ad me redeam, quid me adeo audacem reddit, vt tibi iam tanto Principi hos adeo pusillos & incultos labores dedicare audeam? Hoc vnum primo, tua, tuæq; præstantissimę coniugis humanitas, ac benignitas quibus me olim in vestrum adeo magnificum Maioris Curiæ palatium recepistis, dum illuc ad visen

dum tunc ægrotantem Illustrissimum ac maxime Reuerendum Parmę Episcopum, nunc autem Dei Optimi Maximi beneficio Cardinalem etiam amplißimum Bononię Flaminiæq; Legatum Alexandrum Sfortiam: Secundum autem fuit, cum hi nostri labores in prima parte de eo Globo terreo, composito ex quatuor elementis tractent, Cui toti, cũ tot, & tanti huius mundi Maiores Principes, vt olim Magnus Alexander, ac vt Romani, maximo dominandi teneantur desiderio, quod cum de Senatu Veneto, quia temporum iniurijs, hominum fraudibus, fortunæq; casibus, minus subiciatur, quandoq; euenturum minus desperandum sit, Cuius rei militaris gubernatio cum a te vno dependeat, non sine ratione ad te accedunt, Præterea cum in Secunda parte, de eo tractent saluberrimo medicamẽto quod Aqua simplici, & illis frustulis constat, quo cum nec aliud in exercitu vtilius reperiri possit auxilium, non sine etiam ratione tibi eius militię Imperatori commendandi erant: & præsertim cum sciamus q̃ plures in nos detractores vt in Paradoxa proferentes insurrexuros, contra quorum morsus, non minori præsidio & subsidio quã tuo egebamus, Reliquum est igitur Optime Princeps & militaris exercitus Optime Imperator vt hos nostros labores quicunq; sint, ac sine te parum tutos, vt alter Artaxerses hilari fronte, eademq; humanitate, qua me & benignitate olim recepisti, recipias: Vale.

DE VRBIS VENETIARVM, eiusq; Reipublicę, Eiusdemq; Sfortię, eiusq; Coniugis Laudibus.

Dum furor, & rabies, vastabant barbara, tantas
Europę partis nobilioris, opes,
Italię, poterant solę Venetumq; lacunę,
Tantorum celerem dum retinere fugam,
Nobilis & diues, nec non prudentior omnis
Italus, ad tales accelerabat iter;
Hinc nato a Christo centenis quatuor annis,
Instruiturq; vno, bisq; decem Vrbs Venetum,
In mense, atq; die, qua factum legimus orbem,
Vel si non totum fecerit vna dies,
Et voluisse pium mortalem sumere carnem
Post, ante, in partu, in Virgine matre Deum:
Non igitur mirum hac virtus dominētur in Vrbe,
Nobilitas, & opes, cum sibi tanta dies,
Principium dederit, nec si Respublica talis
Hactenus vt reliquas iam superasse patet,
Venturas etiam saltem superabit in annis,
Mundo etenim solo deficiente ruet,
Quod magis eueniet quo Sfortia viuet in illa
Militię fuerit tum sibi cura suę,
Bella gerenda gerit, pacem non spernit ab hoste
Oblatam, bello si vtilior fuerit,
Non igitur mirum si Sfortia semper in orbe
Belli quam pacis nomine clarus erit,
Nec sua sit mirum fuerit si Sfortia Coniux
Dotibus heroicis Iulia clara suis:

Hoc ſchema cœleſtium decem orbium ſeu Sphærarum, quatuor ſimplicium elementorum, & inter ea Globi terrei ordinem naturalemq; ſitum oſtendit.



CAPVT PRIMVM



VICVNQVE mortalium literis vacant, & in ſcientijs proficere curant, hoc tanquã axioma non ſibi ipſis cõſtituant, ꝙ viuentibus liceat, vt maioribus noſtris licebat, ſuas animi cogitationes proferre, alijsque cõmunicare, multorũ, quorũ olim cognitio nõ habebatur, nec modo haberetur, vt enim nihil ineptius eorũ opinione dici poteſt, qui ab aliquo in aliqua re bene ſentiẽte diſſentiant, ita nihil ineptius, ludibrio & homini peius exiſtimandũ; quã ne fas habere, ab aliquo Auctore diſſentire, in quo melius ſẽtiri poſſe videatur; Si Platonis authoritas Ariſtotelẽ nõ deterruit, nec eius, eos qui ipſum ſecuti ſunt, cur eſt ꝙ nos viuentes eorum qui nos præceſſerunt, authoritas deterrere debeat? vel nunc viuentium authoritas, eos qui hinc ad multos annos futuri ſunt? Si poſteriores ſemper idem quod priores ſenſiſſent, Scientiæ non ad eam deueniſſent perfectionem in qua ſunt, in quibus ꝙ ſemper aliquid de nouo adinuenire, & addere homines valeant, audiamus Galenum hæc
„ loquentem in libro qui de optimo medico &
„ philoſopho inſcribitur, Num igitur vtriuſq;

" rei inopes nostri tẽporis medici sunt? vt ne-
" que facultatem, neque voluntatem satis di-
" gnam, in artis studium cõferant? an cum al-
" terã habeant altera carent? Nunc igitur nas
" ci neminem, qui artis capax tã humanæ sit,
" alienum a ratione mihi videtur, cum mũdus
" idem sit, qui olim fuit, anni tempora eundẽ
" ordinem seruent, sol circuitus suos nulla ex-
" parte mutatos percurrat, denique quæque
" stella siue fixa siue errans eandẽ omnino sta-
" tus rationẽ retineat, Verum rationabile est,
" tum propter malam victus rationem, qua
" temporibus his vtuntur homines, tum pro-
" pter diuitias virtuti præpositas, vel qualis
" Phydias inter plastas vel qualis inter picto-
" res Apelles, vel qualis inter medicos Hippo
crates, talem hac ætate effici neminem, quan-
quam nobis quibus post antiquos illos nasci
contigit, & ab illis artes multum prouectas
accipere, non paulo plus commodi ad artes
ipsas datum est quæ a Galeno referuntur &
sua ætate contingebant, licet in hac nostra,
adeo corrupta & in deterius lapsa cõtingere
posint, nihilominus quin idem in scientijs
contingere posit, ꝙ paulo plus commodi ad
ipsas nobis datum sit, non est dubitandum:
Quapropter nos tractaturi de eo medicamẽ
to, quod aqua simplici & illis frustulis cãna-
binis seu lineis constat, quod nostris etiam tẽ

poribus ad usum reuocari cœpit, vel casu, vt quidam existimarunt, vel potius ab aliquo docto philosopho & perito medico, eius medicamenti facultates, ac omnium suorũ effectuum determinatas causas non ignorante, vt nos credimus: quas causas & cum eo medendi methodum pro viribus nostris explicare intendentes, Si quid contra antiquorum opinionem nobis dicendum occurrat, id non ex proposito nos facturos, omnes pro comperto habeant, Non enim pro propriis opinionibus, sed pro veritate tantum certandũ esse credimus, quæ ipsam profitentibus tanquam veris medicis, ac veris philosophis, magis quam Plato vel Aristoteles debet esse amica, Rem igitur aggredientes, licet Aristoteles in Octauo physicorum tex xxij. dicat; ꝙ dimittentes sensum propter rationẽ, quãdam intellectus infirmitatem habere videantur, licet etiam quotidiana experientia comprobet, ꝙ tale medicamentum in sanandis quibuscunque vulneribus, & præcipue capitis vel sint cum, vel sine fractura cæteris medicamentis excellat, nihilominus quam plures hanc authoritatem & quotidianam experientitiam parui facientes, ipsum etiam hoc medicamentum hac tãtum opinione, ꝙ eius effectibus ratio non consentire videatur spernunt: Nos autem vt eos a falsa opinione re-

trahamus, ac eorum aliqua ex parte non inho nesto desiderio satisfacientes, huius medicaméti effectus, vt omnes alios referri videmus in causas suas referemus. Sed quoniã vt dixi mus, hoc medicamentum constat aqua simplici per quam tertium in ordine elementũ, frigidum, & humidum, & cuiuscunque alterius qualitatis expers intelligimus, & quod frigiditatem solam, non autem & humiditatem habeat in summo intelligimus, vt Ignis caliditatem, Aer humiditatem, Ita terra siccitatem, quod enim in summo est vel vt forma, vel vt formæ propinquum in aliquo, tale non potest esse in alio: Hoc voluit Aristoteles in Secundo de Generatione & corruptione test. xxiiij. cum diceret, Sed tamen simpliciter quatuor entia, vnius, vnumquodque est, Terra quidem sicci magis quam frigidi; Aqua autem frigidi magis quam humidi, Aer autem humidi magis quam calidi, Ignis autem magis calidi quam sicci, idem etiam post ipsum luce clarius voluisse Galenum in primo de Natura humana commento xiij. cum diceret ea quæ sequuntur ostenditur, Perspicuum est enim ꝙ vocat eleméta a qualitatibus simplicibus, & ĩmistis, quando summa caliditas est in igne quomodo est humiditas in aere, frigiditas autem in aqua, siccitas vero extrema vnà cum densitate, & frigore

in Terra,

in Terra, Sed cum in hoc noſtro hemiſphæ-
rio ac in toto ſublunari orbe variæ reperian
tur aquæ, tum reſpectu qualitatum, tum loci
& ſitus, ideo vt veram cognitionē huius ele-
menti quod aqua dicitur habeamus, De eius
Situ & loco naturali inueſtigandū occurrit,
primo enim aſpectu, hoc facile inuentu vide
tur, cum ab antiquis de eo iam diu determi-
natum legamus, & ab omnibus vſque ad hāc
noſtram ætatem eorum opinionem compro
batam, tamen ſi veritatem ipſam, & Ariſtote
le antiquiores Auctores, cum philoſophos,
tum Theologos inſpiciamus, id non ita faci
le inuentu, ac aliter vt cōplurimi exiſtiment,
ſentiendum erit, In qua controuerſia ea no-
ſtram opinionem conditione in medium ad-
ducimus, vt ei qui meliorem quandoque ad-
inuenerit, quam plurimum debere velimus:

CAPVT SECVNDVM.

QVorundam de elementorum nume-
ro, ꝙ tantum tria ſint, cum potius ad
ingenij oſtentationem quam ad veri-
tatem inueſtigandam pertineat, dimiſſa opi
nione: Cū Hippocrate alijſque antiquis phi-
loſophis, huius ſublunaris mūdi quatuor ele-
menta, Ignem, Aerem, Aquam, & Terram &
omnia figuræ orbicularis ponimus, hanc

enim in proprijs sphæris, ac in naturali situ conseruāt, vbi vere simplicia puraque conseruari per ea quæ apud nos impura ac de illis quæ participent, ac talia esse posse, nihil prohibente probatum sit, quæ postmodum extra proprium locum ac sphæram; vel vbi se contangunt, cum non amplius pura vereque simplicia sint, non mirum si nō perpetuo orbicularem conseruent figuram: Ignis in concauo orbis lunæ qui secundum vnam quamque superficiem est orbicularis, talem habet figurā, qualem & cœtera inferiora continentia & cōtenta, quod & in hoc terreo Globo nostro cōtingit sensibus admodum noto, licet pro vero Terræ elemento vsque ad hanc nostram ætatem, falsò tamen vt probabimus ni fallimur, recipiatur: Qui terreus Globus si respectu sui totius, nō autem respectu suarum partium ex quibus componitur, consideretur, cū quator elemētis orbicularis erit figuræ, Ignis sub cōcauo orbis Lunæ cōtentus vt aeris elemētū circūambit & cooperit, ita & hic terreus Globus elementū aquæ, quod denique vltimū terræ scilicet verū elemētū circumambit; & cooperit: Sed non vt ignis cum sua concaua superficie immediate continet aerem, sic aer, aquam, quoniam aer immediate cum sua concaua superficie circumambit & cooperit Globum terreum, vt hic immediate cum sua

etiam concaua superficie elementum aquæ, & hoc immediate cum sua etiam concaua terræ elemētum, hæc autem ita se habere in proprijs capitibus disputabimus; nec non aquam vndique sensibus nostris conspicuam alia ratione paucis hactenus nota, ex antiquorum tamen philosophorum & Theologorum fundamentis hunc terreum Globum nō circumambire & cooperire vt verum aquæ elementum, verum terræ elementum circumambit & cooperit ostendemus:

Ioannes de sacro bosco in suo Tractatu de sphæra mundi, causam reddens, cur tota aqua, vt elementorum ordo, necessario requirere videtur, totam hanc terram sensibus nostris apparentem non cooperiat, ad finalem tanquam ad cæteris veriorem causam recurrit, di-
„ cens siccitatem terræ, humori aquæ ad
„ tuendam animantium vitam resistere, eorū
„ scilicet animalium quæ pulmonem haben-
„ tia, non semper in aqua degere possunt.

Licet hic auctor videatur resistentiam quæ est a siccitate terræ, causam ponere efficientem, omnem tamen causam, in finalem refert, vt videatur auctoritatem Genesis tanquam huius effectus veram & propriam cau-
„ sam confirmare, in illo enim sex dierum ope-
„ re, Deus Omnipotens dixit in secūda die fiat
„ firmamentum in medio aquarum, & diuidat

„ aquas ab aquis,diuisit aquas existentes infra
„ firmamẽtum ab his quæ erant supra, & firma
„ mentum vocauit Cœlum,Tertia die cum cõ
„ gregasset aquas quæ erant sub Cœlo in locũ
„ vnum,apparuit arida, eamque vocauit Ter-
„ ram,cõgregationes autem aquarum,maria,
„ dedit Terræ uim generandi ac germinandi,
quæ omnia sentimus, In hac aucthoritate, vt in omniũ verissima causa, cur hæc aqua quã sentimus,Terram totam,quam etiam sentimus non circum ambiat, quiescẽdum esset, Sed quoniam varij cum Philosophi,& Astrologi,tum Cosmographi & Geographi,aliam huius effectus efficientem causam inuenisse sibi ipsis & alijs persuadent, vt quidem non inuenerunt,vt nos pro viribus nostris,cum rationibus,tum Prophetarum, tum Homeri, Hesiodi, Horphei, Platonisque authoritate comprobabimus.

Conciliator in differẽtia xiij. suarum inter Philosophos & Medicos controuersiarum, cum videatur potissimas omnium rationes attigisse ideo vt prolixitatem euitemus cæteras dimittentes,suas tantum pensitabimus: Supponit primum, ꝙ Terra quam sentimus non sit per totum vniformis grauitatis, sed in aliqua sui parte ꝙ sit grauior, in aliqua autem minus,& cũ densitas & spissitudo quodãmodo grauitatis, Raritas autem leuitatis seu

minoris grauitatis causa dicantur, hinc sequi ꝙ inter Terræ partes, cum Centrum magnitudinis ipsius non sit idem cum Centro grauitatis eius, pars leuior seu minus grauis supereminenat, & sic concludit ꝙ per eam partẽ tanquam per efficientem causam, Terra ab aqua detecta remaneat.

Ioannes Baptista Capuanus in suis de Sphæra Commentarijs eam Conciliatoris rationem
„ sic reprobat, cum terra sit Corpus homoge-
„ neum, & omnis terræ pars, sit terra, omnis
„ etiam terræ pars erit eiusdẽ rationis & natu-
„ ræ cum ipso toto, & sic nulla pars terræ erit
„ dicenda leuis, & minus si aquæ comparetur,
„ cum aqua respectu terræ sit semper leuis, &
„ Terra semper grauis, & sic nõ videtur, ꝙ ter
„ ra per leuitatem posit aquæ supereminere.

Secunda Cõciliatoris ratio quæ ad Astrologos spectat, fuit ꝙ per inclinationem quorundã syderum aqua retineatur in Polo Arctico, ne fluat Versus æquinoctialem & inde totam terram cooperiat.

Hæc ratio cum sit contra Aristotelem in secundo de Cœlo tex. xviij immo contra naturalẽ rerum inclinationẽ & ordinem, nullum enim violẽtum est perpetuum, sed cũ aqua habeat a natura fluere circa terram tanquam ad proprium locum, quod cum non hucusque euenerit, vel euenturum sit, ideo violentum

erit perpetuũ, quod cum fieri nõ possit, ideo illa ratio falsa erit, ex qua hoc falsũ sequitur.

Tertia Conciliatoris ratio eadem videtur cum illa Ioannis de sacro bosco superius adducta, ꝙ cũ terra ĩ ea parte quæ est detecta ab aqua, sit arida & sicca, & ideo porosa & cauernis repleta aquam absorbeat, qua erat cooperiẽda.

Quarta in qua uidetur causam reddere illius quod supponebat in tertia, est talis, ꝙ ideo terra sit detecta ab aqua, quia radij solares aquam, quæ totam terram orbiculatim cooperiebat consumpserint.

Quantum ad tertiam rationem, nemineni latet ꝙ in ea petit principium, prius enim supponit terram esse detectam, & hinc factam esse aridã, quod enim probãdũ erat, cur videlicet terra sit detecta ab aqua hoc ipse supponit.

Quod autem intendit in quarta, cum repugnet sensui nihil cõcludit, si enim ea ratione terra esset detecta tũc radij solares reliquas aquas, vt Paludum stagnorum & lacuum cõsumpsissent, quod cum nec contigisse, nec contingere videamus, ratio erit nulla.

Præterea si hoc esset, tunc aqua reperiretur tãtũ sub polis vt ab ecliptica linea in qua semper est sol maxime distãtibus, ĩ intermedijs autẽ locis seu plagis, vel saltẽ a Cancri vsq; ad Capricorni Tropicum, cũ ab hoc ad illũ, & econtra suos peragat sol circuitus, nihil aquæ ap-

pareret, huius autem oppositum, cũ sensus cõ probet, eã rationẽ nullã esse dicimus, quibus rationibus Cõciliatoris reiectis ad alias accedamus.

CAPVT TERTIVM.

IOannes Baptista Capuanus vt diximus in suis de sphæra cõmentarijs, dicebat ꝙ nulla istarum iam adductarũ rationum per se sola sufficiat, vt ex ipsa vna, talis consequatur effectus, & ideo concludit, ꝙ vel ab omnibus vel a pluribus earũ simul sumptis contigat ꝙ terra ab aqua remaneat detecta, & vt videatur respondere cuidam tacitæ obiectioni quæ cõtra ipsum fieri potuisset, ꝙ videlicet vnius tãtum effectus, vna tantum sit per se causa, non autem plures, vt ipse supponit, quasi nullo modo pro absurdo habendum sit.

Deinde ex Alberti Magni & Aristotelis auctoritate etiã supponit, quamuis huius dicti aliquam postea reddat rationem, ꝙ sub Polo arctico aqua sit copiosior, & altior, quam versus Æquinoctialem, & inde hoc fieri, quia sub Polo vigeat intensa frigiditas, qua facile aer densatur & in aquam vertitur, quæ omnia cõtingunt propter solis ab eo loco distantiã, & ex ea cõtinua ipsius aquæ generatione ad tantã deuenire copiã ipsam aquã, vt altissimos ibi referat montes:

Et quoniam aliquis contra ipſum obicere potuiſſet quæ ipſe contra Conciliatorem obiciebat, ideo occurrens obiectioni, dicit ꝙ ibi aqua non continetur violenter, quia non ibi quieſcit, ſed ſemper fluens, moueatur verſus ſuum naturalem locum, dicit enim ꝙ elementa generantur extra proprium locum & ad illum mouentur naturaliter.

Verum quia aliquis adhuc contra ipſum obicere potuiſſet, ergo ſi illa aqua generatur ſub Polo, & verſus æquinoctialem ſemper fluit, iam totam terram detectam cooperuiſſet:

Reſpondet ꝙ calor ſolis, & aliarum ſtellarum tā errantium quam fixarum, & aliqua forſan cœleſtis inclinatio nobis ignota vigens in ea parte Cœli conſumat eam aquam vel attenuando & euaporando in aerem vel in ignem cōuertēdo, & vt magis hanc corroboret reſponſionem, addit vnum quod indiget probatione, quod eſt, ꝙ Terræ portio detecta ab aqua, adiuuet, quia hæc facta leuior, rarior, & magis poroſa & cauernoſa, quam cæteræ portiones terræ, quæ non ſunt detectæ, addit ꝙ eadē portio detecta quia cōtinuo verberetur a radijs ſolaribus, facta ſit altior & ſublimior, & hinc eſſe, ꝙ non idem ſit Centrum magnitudinis & grauitatis terræ, tandem concludit, ꝙ omnibus his cauſis ſimul concurrentibus hic ſequatur effectus, qui eſt ꝙ ea terræ portio

remaneat detecta ab ipsa aqua,& licet a Polo arctico, versus Æquinoctialẽ cõtinuo fluat, continuo etiam de ea consumatur, & ꝙ talis elementorũ sit ordo,& vicissitudo, vt modo generentur,modo corrumpãtur,& in alio loco generẽtur,in alio autẽ corrumpãtur,& sic ĩ ipsis seruetur ordo & proportio, quã habuerunt a Deo Optimo Maximo, & præcipue in Terra, & aqua propter commoditatem animantium respirationis necessitate viuentiũ.

Dimissa hac vt supra diximus finali causa, quæ vera est,cum ad Deũ Optimum Maximũ referatur, si quis contra ipsum dum alias adducit rationes,obiceret nescimus quid ipse,vel alij pro ipso responderent,

Dum asserit tanquam philosophus ꝙ vbi vna sola causa non possit vnum effectum producere, ꝙ plures cõiunctæ id efficiant,vt eo exemplo comprobari posset,vnus enim homo, nõ potest nauim, vel aliud consimile pondus supra vires suas trahere,plures autem homines trahunt: hoc quidem verum est, sed nunquã sequeretur nisi vnusquisque ex illis hominibus haberet potentiã dispositionemque trahendi pondus illud.

Sed cum nulla illarum rationum ab ipso adductarum, sit illius effectus causa,vt eum producere possit, ergo illa etiam cõiunctio frustra erit,quia nõ magis illæ causæ coniunctæ sunt

causa illius effectus, quã vnaquæque diuisim, ex his igitur rationibus, nõ habetur vera causa, cur aquæ elementũ nõ circũ ambiat totũ terræ elementum, vt ignis aerẽ, & aer cætera.

Deinde cum dicit calorem solis, cæterarumque stellarum, continuo aquam fluentem ab Arctico polo versus Æquinoctialem cõsumere, cur est, ꝙ per tot mille annorum non idem calor, seu illa occulta cœlestis inclinatio non consumpserit aquam existentem inter Tropicos cum in ea Plaga & Zona magis ille calor vigeat, nisi ad aliquam occultam proprietatem tanquam ad vltimum deuictorum refugium recurrat, nescimus quid ipse, vel pro ipso alij respondere possint.

Præterea cum a Polo antarctico, versus Arcticũ defluant fluuij non obscuræ magnitudinis, & inter alios, Nilus, videretur rei consonũ per regulam topicam, ꝙ calor ille cælestis magis consumeret hanc aquam, quam illam quæ a Polo Arctico fluit versus Antartircum, Sed si de quo magis videtur in esse & nõ in est, ergo nec de quo minus, Aqua enim Nili, vel quæcunq; ab eadẽ regione defluat, vel persistat, cum nõ adhuc fuerit consũpta, ergo tãto minus potuit consumi quæ fluit a Polo Arctico, cum ibi minus vigeat ille cœlestis calor:

Si quis autẽ ꝓ ipso diceret ꝙ aqua Nili vel quæcunq; sit in ea regione vel Plaga consumatur

continuo, ſed ea cōſumptio non appareat, qa flumina nunquā ceſſent fluere, nos a ſimili diceremus de aqua flente ab Arctico verſus Aequinotialē, quāuis calor de ipſa continue cōſumat, tamen continuo etiā fluit, & de hac minus debet cōſumi, quā de fluente ab Auſtro, cū illic vt diximus magis vigeat calor, & ſic defenſio nulla.

CAP. QVATVM.

RElìquū eſt igitur, vt dicamus, vel huius effectus cauſam verā non dū eſſe inuētā, vel ſiquis antiquorū eā nouerit, vt nouiſſe exiſtimamus, quodā Velo occultauerint, ne oīa naturæ magis ſecreta, omnibus iā nota paruifierēt, quorū opinio vel his qui eos ſecuti sūt, nō fuit nota, vel ſiqui eā perceperunt, vt pcepit Ariſtoteles, eā tanquā falſam reprobarūt quamuis iniuſte vt probabimus.

Cum igitur oīs aqua, quā nos ſentimus, vel ſit fluuiorū, vel Lacuū, vel Stagnorū, vel Paludū vel Maris, quæ pro elemēto aquæ vſq; ad hodiernū diē recipitur, nō circūambiat cooperi atq; totū hūc Globū terreū vt ſenſus iudicat, vt circūambire deberet ſi naturalis elemētorū ordo ſeruandus eſſet. Ex hoc primo ſequitur ꝙ hic terreus Globus nō ſit Elemētū terræ, quartū & infimū in ordine, quod Aeri vt iā diximus magis opponitur per ſiccitatem

quam Igni per frigiditatem, Si enim hæc terra verum esset illud quartum elementũ tunc fieri non posset quin ab Aqua contineretur, vt cætera inferiora a superioribus: non erit igitur verum Terræ Elementum.

Præterea si esset verum Terræ elementum, tunc esset verum mundi Centrum: Sed non est, ergo nec verũ elementum, consequentia probatur, quoniã si esset Centrum, tunc cum per diffinitionem Cẽtri omnes lineæ deductæ ab ipso ad circumferentiam sint æquales, ergo etiam lineæ deductæ a superficie terræ ad circumferentiã vniuersi essent æquales, sed hoc non accidit in hoc terreo Globo ergo nõ erit verum Centrum, & sic nec verum terræ elementum: ꝙ lineæ deductæ a superficie huius Globi ad circumferẽtiã vniuersi nõ sint æquales pluribus rationibus demonstratur, primo si altissimi mõtes decliuioribus cõparentur.

Secundo si magis profundæ valles, minus profundis: Tertio si adhuc magis profundæ altioribus montibus, Quarto si respiciamus varios solis circuitus, quos describit in varijs Zodiaci signis & in varijs circulis.

Quo ad primum dicimus quomodo linea deducta ab altissimo monte, cum linea deducta ab aliquo colle ad superficiem vltimi Orbis erit æqualis? cum sũmitas montis illi superficiei sit valde vicinior quam summitas collis?

Quo ad ſecundũ quomodo etiam fieri poterit, quin ſuperficies minus profundæ vallis, non minus diſtet ab illa vltimi orbis ſuperficie, quam magis profundæ.

Quo ad tertium quod magis vrget, quis vnquã comprobabit lineam deductam a valle ſatis profunda æqualem eſſe, cum linea deducta a ſumitate altiſsimi montis?

Quo ad quartum quod adhuc magis vrget, quis vnquam ſibi perſuadeat, lineam illam deductã a magis profunda valle quæ ſit in Plaga, quæ a Tropico Capricorni ad circulum Antarcticum eſt, cum linea deducta a ſumitate altiſsimi montis repoſiti in oppoſita Plaga quæ eſt a Tropico Cancri ad Circulum Arcticum eſſe æqualem?

Si quis autem pro ſolutione diceret, vt communiter dici ſolet, ꝙ tanta ſit diſtantia a ſuperficie conuexa huius terrei Globi, qui pro terræ elemento hodie recipitur, vſque ad ſuperficiem vltimi orbis, ꝙ inæqualitas iſtarum linearum reſpectu tantæ diſtantiæ dici poſsit nulla.

Ad hoc nos dicimus ꝙ per ſolum mentis conceptum poſſumus hoc tanquam verum comprobare, ſenſuſque noſtros decipere, cum res in rei veritate aliter ſe habeat, cum illæ lineæ inæquales nunquã vere æquales dici poſsint.

Præterea cum hic terreus Globus qui pro terræ

elemento recipitur, tantæ sit magnitudinis; vt Astrologi, Cosmographi, & Geographi consentiant quod eius diameter sit septẽ mille milliarium ad minus, quomodo igitur erit Centrum? vel quomodo lineæ deductæ a varijs locis huius terrei Globi tantæ longitudinis & latitudinis æquales erunt, si deducantur ad superficiem vltimi Orbis: Nisi enim esset tanta huius terrei Globi magnitudo quanta est, quomodo per commutatam vicissitudinem, in vno solis circuitu secundum propriũ motum ab Occidente in Orientem fierent, vt apud nos fiunt habitantes extra Tropicũ Cancri versum Arcticum tam varij quatuor Status temporis, vt Ver, Æstas, Autumnus, Hyems, quomodo etiam elementa vt conseruari debent, conseruarẽtur in debita proportione, dum vnũ generatur, & aliud corrumpitur, in Æstate enim apud nos de Igne generatur, vt apud Habitantes extra Tropicum Capricorni versus Antarcticum circulum, cum tunc vigeat Hyems Aqua generetur, vt quod de ea apud nos deperditur, ibi regeneretur, vt quod apud illos de Igne, apud nos etiam regeneretur, huius autem oppositum contingit cum apud nos viget Hyems, & apud eos Æstas, idẽ de Aere & Terra dicendũ est, respectu veris, & Autumni, si Plagas oppositas respiciamus vt supra, Terreus igitur hic Glo-

bus nõ poterit esse verũ terræ elemẽtũ vt pro tali hactenus receptus est,& adhuc recipitur.

De omni etiam aqua vbicunque sit, sensibus tamen nostris conspicua, q̃ nõ sit verum Aquæ elementum, multis rationibus demonstratur, quarum prima est hæc.

Verum Aquæ elementum, secundum naturalẽ ordinẽ & situm elementorum, debet cincumambire & totum elementũ terræ cooperire, Sed aqua sensibus nostris conspicua nõ est talis, ergo non erit verum aquæ elementum.

Secunda ratio quæ sumitur a proprietatibus Aquæ est talis, vera aqua est omnium saporũ expers, sed quæ apud nos reperitur nõ est talis, ergo nec verum elementum, Maior propositio cũ ab omnibus Philosophis & Medicis pro axiomate recipiatur, nõ alia indiget probatione Galenus enim hoc in libro de simplicium medicamentorũ facultatibus in quam pluribus locis ostendit, Minor autẽ cum a sensu gustus comprobetur, qui in hac aqua sapores diiudicat, id satis probatum erit.

Tertia ratio quæ capitur a naturali motu aquæ est talis, in quocunq; loco istius terrei Globi reperiatur aqua, semper adhuc infra hanc terrã descẽdet, licet .n. Aqua e mõtibus defluat ĩ profundã Vallẽ, tamẽ si adhuc ĩ ea valle effodiatur, tunc illa aqua adhuc ĩferius descẽdet, vt si nõ dum suũ naturalẽ locũ adepta fuisset,

Hinc igitur patet hunc terreum Globum nõ esse verum Terræ elementum, nec istam aquã verum aquæ elementum, cum non supra terram, vt minus grauis remaneat, vt deberet, sed adhuc semper infra defluat, Si quis autẽ diceret, cum sit probatum nec istum terreum Globum, verum esse terræ elementum; nec hanc aquam, verum aquæ elementum, ex his sequi ꝙ duo tantum sint elementa, Ignis, & Aer, cum duo reliqua non reperiantur, quod cum repugnet antiquioribus philosophis & medicis ac ipsi veritati, ideo nullo modo affirmandum aut determinandum erit.

CAPVT QVINTVM.

VNde igitur cognitionem, inuentionemque loci, & situs, horum duorum elementorum, terræ, & aquæ si hucusque latuerunt petemus? cum dixerimus in principio huius Tractatus hanc veritatem non nullis antiquis philosophis fuisse cognitam quorũ Platonem viua voce Aristoteles audiuit, hanc etiam nouerunt Orpheus, Hesiodus, & Homerus Philosophi simul, Poetæ & Thelogi & ante alios inter Prophetas Moyses, & Dauid vt infra probabimus, Platonem & illos nuuc relatos huius fuisse videlicet opinionis, Orpheum Hesiodum, & Homerum ex dictis

Aristotelis

Aristotelis varijs in locis habetur, sed præcipue in libris Metheororum vbi eos reprehendit, quia determinauerint Oceanum esse omnium aquarum Patrem, Plato etiam in Phœdone cum dari Tartarum infra terram, siue Oceanum vel Baratrum ad mentem Orphei, Hesiodi, & Homeri asserat, & de hac vera opinione, cum ab Aristotele pluribus rationibus in secundo Metheororum redarguatur: ideo nõ erit præter rationẽ vt videamus quæ fuerit Platonis opinio, postmodum eas Aristotelis rationes quibus hanc opinionem impugnat aducamus, illasque pro viribus nostris tanquam nihil necessario concludentes refellamus.

Plato igitur in cuius opinione Orpheum, Hesiodum reponimus, Homerumque ipsum, licet varijs nominibus aquæ elemẽtum appellent, asserit in Phœdone dari Tartarum infra terram videlicet infra terreum Globum compositum ex quatuor elementis, vt infra ostendemus, ita dicens, vnus aliquis ex Terræ meatibus, est profecto quam maximus & per vniuersam terrã traiectus & patens de quo Homerum ita decantasse refert in hoc carmine, Longe nimis Baratrum stat sub tellure profundum, refert etiam eundem Homerum cũ alijs non nullis Poetis & Theologis tale Baratrum Tartarũ vocare, & ad ipsum tanquam

„ ad proprium receptaculum confluere flumi
„ na omnia, & ab eodem effluere, iam igitur elicere possumus, hos antiquos Poetas Philosophos & Theologos per Baratrum, vel Tartarum, vel Oceanum, nihil aliud voluisse, quã verum aquæ elemẽtum, ex quo sequitur ꝙ verum terræ elementum infra ipsum sit repositum, quod nõ solum respectu aliorum trium elementorum Ignis, Aeris, & aquæ est vltimũ in ordine & omnium infimum, sed respectu etiam vniuersi & omnium rerum quæ in ipso reperiuntur, & sic cum probauerimus Tartarum esse verum aquæ elementum vel eius naturalem locum & situm, sequetur etiam infra ipsum esse verum Terræ elementum:

Sed qui hæc audiuerint statim cõtra nos tanquã in delirantes, ac nouum paradoxum introducentes insurgent, & quia Peripateticis, Astrologis, Cosmographis, & Geographis, repugnet, ideo obstrepentes ab orbe reiciendum esse clamabunt, addent etiam ꝙ cum Aristoteles hanc opinionem pluribus rationibus secundo Metheororum circa principium impugnauerit tanquam ex hominum memoria elapsam frustra in lucem reuocari, ideo vt his satisfaciamus illas Aristotelis rationes in medium adducemus easque pensitabimus, an demonstratiuæ, vel minus quam probabiles sint vt existimamus.

In secūdo igitur Metheororum nō longe a principio de hac opinione ad mentem Platonis Aristoteles multa supponit, ex quibus deinde elicit quatuor rationes, quibus, suam opinionem tanquam falsam denique impugnat:

Pro prima igitur construenda ratione ipse Aristoteles ex mente Platonis, hoc vnum vt dignitatem supponit ꝙ flumina ad eundem locum semper fluant, sed quoniam ex hac Tartari positione ad mentem Platonis oppositū sequitur, ergo falsa, probat sic Aristoteles consequentiam quoniam si flumina defluunt a Tartaro quod terræ elementum, mundiq; centrum ambit & cooperit, ad eundemque Tartarum refluunt, ergo flumina non magis sursum quam deorsum defluunt & refluunt, sed hoc est inconueniens cum flumina semper deorsum fluant ergo talis opinio falsa.

Secundo, vt secundam construat rationem, de mente eiusdem Platonis supponit in aquæ effluxu a Tartaro nec non in refluxu ad eundem, in aqua ipsius seruandam esse semper proportionem quandam in quantitate, sed ex hac positione sequeretur aquam non posse generari in media regione aeris nec in cauernis Globi terrei, quod cum repugnet sensui, nullus enim est qui non viderit

vel ſaltem quandoque pluere audiuerit, ſed ſi alia aqua generatur ab ea quæ effluit a Tartaro, vt generari ſcimus, proportio illa in quantitate aquæ ipſius Tartari non ſeruabitur, quoniam plus de aqua ad Tartarum refluet quam ab ipſo effluxiſſet quod Platonis opinio non admittit ergo falſa erit.

Tertio argumentatur ſic ſi flumina vt e Tartaro effluunt ſic ab eodem fluxum ſeu curſum accipiunt, ergo maiorem aquæ copiam habebunt, dum effluere incipiunt, quam in fine, ſeu termino effluxus, huius autẽ oppoſitum ſenſus comprobat, quoniam fluuiorum aqua in ipſorum alueis quo longius fluunt, eo magis augetur, ergo hæc opinio falſa eſt, conſequentiam ſeu minorem probat Ariſtoteles exemplo Nili & Dannubij in eorum enim alueis quouſque terminent in aliquod meditarraneum mare quod maius flumen vocamus aqua ſemper augetur.

Quarto vt quartam conſtruat rationem, ſuppo nit Ariſtoteles omnes fluuios niſi prius terminent in alios vt in multis contingere videmus terminare tandem ad mare, ſed quoniã aliquis dicere potuiſſet aliquos fluuios terminare in Terrã & ſic non ad mare, ideo reſpondens huic tacitæ obiectioni, dicit eorum terminationem in terram non eſſe vocandam terminationẽ vltimam ac veram, ſed potius

quandam ad tempus latitationem, quoniam resurgunt, & vt reliqui fluuij tandem ad mare terminant, sed hæc Platonis opinio nunquam admittit fluuios terminare ad ipsum mare, sed ad Tartarum ergo falsa.

Quinto ex eiusdem Aristotelis supposito, in eodem secundo metheororum sic argumentari posset, ex hac Platonis aliorumque ipsū sequentiū opinione, sequitur ꝙ mare trahat suum principium a Tartaro, hoc autē secundum ipsum Aristotelem qui determinat mare esse verum omnium aquarum locum, est falsum, ergo Platonis & aliorum positio de Tartaro erit falsa.

Illis adductis Aristoteles quatuor rationibus, de mente eiusdē Platonis refert ꝙ aqua pro potu conueniens manifestetur tantum cum fluat, quæ autem pro potu non conuenit remaneat tanquam excremētum, & hinc cōcludit ꝙ mare sit finis non autem aquarum principium, & inde esse salsam maris aquam vt quoddam potabilis excrementū vt in vrina contingere videmus, quæ est serosum excrementum ipsius nutrimenti iam assumpti & concocti.

His visis rationibus, quibus Aristoteles hanc Platonis aliorumque ipsum sequentium opinionem destruere intendit, Reliquum est vt nos pro eius veritate defendenda, in earum

ſolutione de viribus noſtris periculum facia mus.

Ad primam igitur Ariſtotelis rationem in qua ſibi perſuadet Platonem ipſumque ſequentes ad hoc deduxiſſe inconueniens, quòd flumina nō ſemper fluant ad eundem locum ſi a Tartaro defluant: Reſpondemus, quicquid ipſe intelligat per eundem locum, nullum contra Platonem ſequi inconueniens: Si velit per eundem locum, quòd omnia flumina que modo a Tartaro ad noſtrum hemiſphærium effluunt, vel ad noſtro oppoſitum, ſemper etiam ſic fluxerint, fluxuraque ſint, hoc dicimus eſſe falſum, quoniam non nulla flumina, quæ olim ex aliqua regione fluebant, vt in hiſtorijs legitur, quod nec ipſe Ariſtoteles negaret cum admittat, quòd vbi olim erat mare, nunc appareat arida terra, & econtra & ſic ſub hoc ſenſu non amplius fluant ad eundem locum: Si nunc in hac noſtra, vel in alia regione aliquod flumen fluere ceſſaret, hoc non eſſet inconueniens, nec aliquod abſurdum ſequitur contra Platonem: Sed ſi Ariſtoteles per eundem locum velit quòd omnia flumina ad noſtrum hemisphærium fluentia, poſsint omnia ſimul, vel propter aquæ defectum qui a Tartaro proueniat, ceſſare, quod ſi quandoque contingeret, eſſet equidem contra Platonis

opinionem : ſupponit enim Ariſtoteles ex mente Platonis, ipſum Tartarum, ſeu Barathrum, vel Oceanum, vel aquæ elementum, circa verum mundi centrum, perpetuo fluxus & refluxus motu agitari, modo ad Arcticum, modo ad Antarcticū polum, modo ad orientem, modo ad occidentem, ideo Ariſtoteles dicere poſſet, ꝙ quando Tartarus, cum eo motu circumfluit ad orientem, quia deſinat fluere verſus Occidentem, ꝙ ea flumina quæ ad ipſum fluunt, deficiant, & ſic idem contingat de fluminibus reſpectu vnius, ad alterum polum.

Dicendum igitur ꝙ cum hic motus fluxus & refluxus in Tartaro ſit ſecundum Platonem naturalis ſic ſimul ad Occidentem vt ad Orientem, & ad Arcticum vt ad Antarcticum polum, ideo cum nunquā ceſſet, nec contingere poteſt ꝙ omnia flumina vel Arctici vel Antarctici poli, vel Orientis, vel Occidentis in vno tempore deficiant: Sed ſi Ariſtoteles per eundem locum, intelligat, deorſum ꝙ ſcilicet flumina ſemper fluant deorſum, & ꝙ ex hac Platonis poſitione ſequatur oppoſitum, quia ad noſtrum hemiſphærium, quod ſurſum eſt a Tartaro fluant, Dicendum ꝙ fluuiorum fluxus, vel curſus eſt dicendus, quando in terreo Globo ſenſibus noſtris apparet, in

quo,cum ſit ſemper deorſum, nunquam autẽ ſurſum, ideo nullum ſequitur inconueniens, eorum autem e Tartaro fluxus non eſt dicendus magis ſurſum quam deorſum, eſt enim motus naturalis ipſi Tartaro & perpetuus, & ſic ad omnes poſitionis differentias indifferenter.

Ad ſecundam rationem deducentem Platonem adhoc inconueniens ꝙ nihil aquæ generaretur in Aere, vel in cauernis huius terrei Globi,ſi enim hoc admitteret Plato tunc non ſeruaretur proportio in quantitate aquæ, quæ e Tartaro per illum circumfluentem motum effluit, & ad ipſum refluit, quoniam pluuiæ plus adderent de aqua refluxui quam de ipſa aqua iam effluxiſſet,& ſic non ſeruaretur illa proportio iam ſuppoſita:

Dicendum ꝙ illa aquæ proportio de omni aqua eſt intelligenda tam de ea quæ immediate effluit e Tartaro,quam de ea quæ mediate,quoniam aqua quæ generatur in media regione aeris vel in cauernis terrei Globi ſi nõ immediate,ſaltem mediate eſt a Tartaro,& ſic omnis aqua erit a Tartaro & in effluxu, & refluxu ad ipſum in quantitate aquæ ſemper ſeruabitur proportio.

Ad tertiam in qua ſenſuum teſtimonio concludit Ariſtoteles flumina terminari ad mare,& non ad Tartarum vt Plato & alij cum ipſo

opinantur, dicendũ ꝙ cum omne mare quod in hoc terreo Globo reperitur ſit tantum maius flumen, & non verum mare, ideo terminatio minorum fluminum in hæc meditarranea maria vel maiora flumina, non eſt vera terminatio, quia & hæc maria ſeu maiora flumina tandem terminant in Tartarum.

Ad quartum in qua deducebatur hoc inconueniens in Platonis opinione, ꝙ flumina haberent plus aquæ cum incipiunt fluere, quam cũ terminant fluxum, dicendum hoc, nõ ſolum, non eſſe inconueniens, ſed naturæ rerum maxime conuenire, quodcunque enim flumen fluat a principio ſolum, vſque ad ſuum terminũ, plus aquæ abſque dubio habebit in principio quam in termino, fieri enim non poteſt ꝙ de illa aqua nihil deperdatur in curſu, & magis quo longior erit effluxus: Verum ſiloquamur de fluminibus in quæ antequam finiant curſum, alia flumina defluunt, vt de Nilo & de Dannubio quamuis de hoc magis euenire dicit Ariſtoteles, & nos in Eridano, in Tyberi ac in quam pluribus contingere videmus, tunc concedimus ꝙ plus aquæ contineant in termino ad quem quam in termino a quo, qua ſtante vera diſtinctione, Ariſtotelis ratio contra Platonem nihil concludit.

Ad quintam, & vltimam rationem in qua ad mentẽ Ari: concluditur mare eſſe terminum

& naturalem locum aquarum, & non Tartarum vt ponit Plato, dicendum ꝙ Aristoteles supponit id quod erat probandum, non enim probat quod ipse vocat mare, esse tale, ideo eius ratio non tollit quin Tartarum seu Barathrum, vel Oceanum vel Abyssus, quæ omnia nomina solum aquæ elementum important, sit verus aquarum terminus & locus.

Cum igitur luce clarius ostenderimus ni fallimur, eis, qui ipsam veritatem, inspiciant nō autem hominū auctoritati intendant, quòd hæ Aristotelis rationes contra hanc veram opinionem Platonis & reliquorum nō solum non sint demonstratiuæ sed minus quam probabiles, ideo relinquitur vt cætera prosequamur & non nullas occurrentes dubitationes soluamus.

CAPVT SEXTVM.

DVbitaret aliquis qūo secundū hanc opinionem posſit generari aqua & in media aeris regione, & in huius terrei Globi cauernis vt aliquo modo iam diximus, si omnis aqua est ab ipso Tartaro?

Præterea in longioribus ſiccioribusque anni statibus, vt quandoque etiam nostra ætate euenisse scimus, & alias euenisse sæpius Histo-

riographi referunt, non nulli fontes penitus defecerunt, & sic non nulla flumina euanuerunr, Vnde videtur quòd circumfluens Tartari motus ex fluxu & refluxu constans quandoque cesset contra Platonis opinionem cum illum ponat naturalem & perpetuum:

Præterea aliquis dicere posset ꝙ cum de aqua e Tartaro effluente plus consumatur quam ad ipsum refluat, de hac enim vbi erit in superficie huius Terrei Globi consumunt, & radij solares & cætera viuentia in necessarium vsum, ergo non videtur quòd posſit seruari illa perpetua proportio in eius quantitate.

Quantum spectat ad primam dubitationem dicimus ad mentem eorum qui hanc defendunt opinionem vt etiam iam diximus, quòd & in media aeris regione & in Cauernis huius Globi generatur aqua, & eadem opinio admittit cæteras aqueas impresſiones, vt generationem roris, pruinæ, niuis, nubium, grandinis, glaciei, & omnium aliarum quæ si dentur ad dictas reducentur, admittat etiã generationem ignitarum impresſionum ex exalatione, licet igitur generetur aqua in media aeris regione & in Cauernis, tamen cum ista generatio non posſit fieri nisi concurrat aqua Tartari, quoniam ex aqua ipsius

eleuantur vapores qui & in media aeris regione & in illis cauernis densantur & tādem in Tartarum facti aqua reuertuntur & refluunt, & sic omnis aqua vel immediate & primo est ex tartaro vel mediate & secundario:
Ad secundam dubitationem cum dicitur ꝙ circumfluens ille motus Tartari circa medium mundi non esset perpetuus si quandoque flumina & fontes defecerint, vt defecerūt, quod nō aliunde contingere potest hac stante opinione, nisi ꝙ aqua Tartari non amplius ad illos fontes & flumina effluat, dicendum ꝙ secundum bonos logicos non valet consequentia a particulari ad vniuersale negatiue, vt non est sortes ergo non est homo, sed bene valet affirmatiue, vt si est sortes ergo homo, quāuis igitur aliquis fons vel fluuius deficiat cum possit aliunde quam a Tartaro cōtingere impedimentum, non potest ex hoc inferri ergo motus circumfluens Tartari defecit, Si enim fontes omnes, vel flumina omnia deficerent, vel in Oriente, vel in Occidente, vel versus Arcticum, vel Antarcticum Polum tunc sequeretur absurdum contra hanc opinionem, cum supra etiā dixerimus quod cunque meditarraneum mare dicendum esse maius flumen, si horum etiam aliquod deficeret, nō ex hoc sequitur aliquod inconueniens quia vt homo est in omnibus particularibus

hominibus & nõ destruitur nisi ad destructionem omnium particularium, non autẽ huius vel illius, ita est de effluxu & refluxu Tartari, non enim destruitur nisi ad destructionẽ omnium fontium, vel fluuiorum maiorum, vel minorum: quamuis enim apud nos in aliquo feruentiori anni statu fontes aliqui vel flumina quæcunque sint, deficiant, quia apud habitantes in opposita plaga nostræ videlicet in ea quæ inter Tropicum Capricorni & Circulum Artacticum, cum vigeat tunc hyems, cũ apud nos Æstas, ibi regeneratur & fontes & flumina quæ apud nos deperdũtur, sic igitur seruatur perpetuus, & naturalis circunfluens Tartari motus, & sic proportio quantitatis in aqua que cũ ab ipso effluit, tum ad ipsum refluit:

Ad vltimam dubitationem in qua probatur illam proportionem adhuc deperdi in aqua e Tartaro effluente & ad ipsum refluente quia de ea plus consumatur quam regeneretur, dicendũ ꝙ quamuis quodcumque mistum vel perfectum, vel imperfectum, sic quodcunque animatum de aqua Tartari cõsumat, vel pro nutritione, vel quomodocunque, tamen nec est aliquid istorum quod etiam per varias ac diuersas vias non reddat Tartaro quod de illa aqua acceperat, & si quandoque minus vel plus restituatur de illa aqua, non propterea

tollitur ꝓportio quãtitatis aquæ in Tartaro.
Siquis autẽ modo instaret, quia diximus hãc opinionem esse ad mentem Prophetarum & Theologorum ergo nõ deberet dissentire ab his quæ legimus in Veteri testamento vt in
„ libro Ecclesiastæ cap. primo omnia flumina
„ intrant in mare, & mare non redundat ad lo
„ cum vnde exeunt flumina, reuertuntur vt
„ iterum fluant, hæc autem opinio cum Aristotele admittit quòd flumina tantũ faciant mare, & non ab ipso reuertantur, quod est cõtra dictum Ecclesiastæ ergo falsum. Dicendũ igitur hanc opinionem idem sentire quod Ecclesiastes, eiusque auctoritatem cõfirmare, Cum diximus solum Oceanum prout est Baratrum vel Tartarum, vel Abyssus, vel verum aquæ elementum sic ab ipso omnia flumina effluunt, & ad ipsum refluunt vt sentit Ecclesiastes, & sic non tantum non ipsi contradicit, sed eius dictum explanat,

Ex his iam dictis posset reddi ratio cur hæc omnia meditarranea maria, seu maiora flumina quæ reperiuntur in hoc terreo Globo sint salsa in aqua quam retinent.

Secundo poterit reddi ratio cur perpetuus ille motus fluxus & refluxus in Tartaro sit de sex in sex horas:

Tertio etiã poterit reddi ratio cur ex continuo effluxu & refluxu minorum fluuiorum ad

maiores & ex his ad Tartarum,& cuiuſcunq; aquæ vel ad hæc maiora flumina quæ meditarranea maria dicuntur augmentum nõ diſcernatur vt iam deberet cum per tot mille annorum illa minora flumina ad hæc maiora effluant & aquam deferant:

Ad primam dicendum ꝙ cum aqua illorum maiorum fluuiorum, ſeu meditarraneorum marium ſit fex Tartari ſeu Baratri, vel Abyſsi vel Oceani, vel elemẽti aquæ quæ cum a Tartaro per longum ſpatium effluxerit & ad idẽ denique refluat, & omne excremẽtũ quod in via receperat,deponat,retineatque ſolã frigiditatẽ & humiditatẽ, nõ mirũ ſi aqua quæ remanet ĩ his maioribus fluminibus ſit ſalſa, vt de vrina in animalibus cõtingere videmus:

Quo ad ſecundum dubium,dicimus ꝙ cauſa fluxus & refluxus de ſex in ſex horas in circumfluentẽ motũ Tartari referri poteſt, ſed cur in ſex fiat horis, & nõ in pluribus vel paucioribus,dicendum eſt, ꝙ vt primum mobile in xxiiij. horis perficit totum circuitum ſuũ ab Oriente in Occidentẽ iterum ad Orientem, nõ autẽ in pluribus nec in paucioribus horis, ita eſt de hoc fluxu & refluxu, intermedium enim ſpatuim, quod eſt a Tartaro, ad extremam ſuperficiem Terrei Globi tot requirit horas & non plures, nec pauciores, cum ille motus fluxus & refluxus ſit naturalis & non

voluntarius, & ideo nunquam tardior, vel velocior.

Quo ad tertium cur non appareat sensibus nostris illud aquæ augumētū cum fuerit per tot mille annorum & adhuc perduret, hoc ideo contingere dicimus, quia aqua defluens ad hæc maiora flumina & ad alia consimilia ad Tartarū defluit per subterraneos terrei Globi meatus, quod omnem aquæ vastam magnitudinem absorbere potest, & hinc est ꝙ illud aquæ augumentum non apparet:

CAPVT SEPTIMVM.

TArtarum, seu Baratrum, seu magnum Occeanum, vel Abyssus, vel verum aquæ elementum iam a nobis inuentum an ex aliqua veteris testamenti comprabari posit auctoritate vt superius polliciti fuimus, cum dixerimus & hāc opinionē fuisse ad mentem etiā Prophetarum & præcipue Moysis & Dauidis, iam ostendamus, in Genesi Cap. vij hæc le-
„ guntur, Cum aquæ diluuij inundauissent su-
„ per terram rupti sunt fontes Abyssi magnæ,
„ leguntur etiā hæc in Cap viij. minutæ sunt
„ aquæ & clausi fontes Abyssi, & in quam plu-
„ ribus alijs locis quam plurima de Abysso leguntur in Veteri testamento vt quisque videre poterit, quod nomen cum nihil aliud

importet

importet quam magnam aquarum altitudinem, quod cum de nullo maiori flumine seu meditarraneo mare dici posſit, cũ multi qui maxima cum diligentia eorum profunditatẽ perſcrutati ſunt referant in nullo iſtorum nõ ſolum eam Abyſsi altitudinem non reperiri, ſed modicã reſpectu illius, Relinquitur igitur vt infra hunc terreum Globum tanquam in proprio ac naturali loco reponatur, quod cum ſit, vt vere eſt, Abyſſus Prophetarum nihil aliud erit quam Platonis Tartarum & Orphei Heſiodi & Homeri Baratrum, vel Oceanũ, & Philoſophorũ aquæ elementũ, hoc idem ex ipſo Dauide cõprobari poteſt vt in
„ Pſalmo 135. vbi dicebat fundaſti Domine
„ terram ſuper aquas, Si enim infra hunc Terreum Globũ ſunt aquæ, dicit enim aquas, vt ſignificaret verum omniũ aquarum receptaculum, ergo infra ipſum erit etiã verũ terræ elementũ vt omnium grauiſsimũ & a Cœlo inter omnia creata quæcunque ſint magis diſtans; & ſic Terreus Globus nullo modo erit terræ elemẽtum, quod etiam inde probatur, cum dixerimus & ad mentẽ Ariſtotelis & Galeni, elementum terræ, vt rei veritas eſt & in qua omnes conſentiunt, per ſiccitatẽ potius quam per frigiditatem dicendum eſſe tale, in Globo autẽ terreo, cũ illa ſiccitas in ſummo non ſolũ non appareat, ſed nec adeo denſa in

autem vbi aer eſt nebuloſus ac pluuius, nō autem in ſereno, quia tunc ſolis lumē tanquam maius, obſcurat minus, Alter eſt locus quem ego in Italia viderim in Agro Placentino verſus radices Apennini mōtis, in eo Rure quod Ruſticatium incolæ vocitant, qui hæc loca nunquam viderint ſaltē de Æthna mōte legere potuerunt in Hiſtorijs in quibus quā plura flagrantia loca in hoc terreo Globo legūtur.
De hac etiā ignea parte fidem faciunt continuo ebullientes aquæ quæ in hoc terreo Globo reperiuntur, idem teſtantur tot cōburentia ſaltem potentia mineralia in eo generata, quæ pars ignea ideo in viſceribus reperitur & clauditur tanquam ibi magis neceſſaria & veluti fermentum hac enim & ſolis aliorunque aſtrorum calore hic terreus Globus fermentatur & fertilis redditur, ex ipſo met etiam Ariſtotele probari pōt cum ipſo etiā Galeno ꝙ hic terreus Globus componatur ex quatuor elementis & non ſit verum terræ elementum Ariſtoteles in ſecundo de Generatione & corruptione textu xx. licet etiam alibi, dicebat
„ nō eſſe apud nos aliquid elementorū ſimplex
„ Sed vnumquodque miſtū. quæ alia ratio reddi poteſt, niſi ꝙ hæc quatuor elementa quæ apud nos reperiuntur ſint huius primi cōpoſiti, quod terreum Globum vocamus veræ partes, & non illa pura & ſimplicia elementa

quæ in proprijs locis conſeruantur, Galenus etiã in primo de elementis cap. v. hæc protulit: Quare ſi quæris in animalibus terrã, talẽ potes reperire quidẽ etiam in mundo, imper miſtã quidem, integrã & ſolã, neq; in illo facile inueneris ſicuti neq; aquã ſincerã, omnis miſtionis expertẽ, neq; ignem, neq; aerẽ hæc enim omnia ſunt adulterata, atq; alteri naturæ diuerſæ cõmiſta, & ſecundũ magis & minus coniunguntur. In primo ẽt de Natura humana cõmento 38. ſic ſcribit, & enim exactũ elementũ potius conſpicitur mente quã exiſtat, quod vero ferè idem eſt illi, vnũ quoddã eorũ eſt, quæ ſubſunt, Si igitur mente conceperis aquã euadere exquiſite humidam frigidamq;, iam, iam deſinet eſſe aqua, illico enim gelaſcet, ac ſiſtetur nec amplius fluet, & ſi terram pariter mente concipias prorſus ſiccã & frigidã, huiuſcemodi corpus erit durius Adamãte, & ſi talis euadet ceſſabit generatio ſtirpium, & alimentũ animantiũ deficiet & auferetur, & ſi hoc eueniat & ipſa animantia tolluntur: Si igitur elementũ ſiccum frigidumq; ſecundũ exuberantiã intelligitur, & terra in mundo dicitur eſſe frigidũ & ſiccũ corpus, & humidum aqua immo & ipſe Ignis non nihil ſubſtãtiæ aereæ in ſe habet, quemamodum & fumoſæ, quinimo certum eſt, ꝙ & is ad ſui nutritionẽ eget humore quod indicant lucer-

narum flæmmæ, & alia addit Galenus ex mente Platonis quæ vnusquisq; apud ipsum legere poterit, ex illis ergo Aristotelis iam adductis verbis, & ex his Galeni, non sine ratione elicimus hunc terreum Globum esse primum compositum inter ea quæ composita sunt ex quatuor elementis, licet a prædominio vt iam diximus terreus sit hic Globus, vera autem elementa pura & simplicia nō dari apud nos, sed in proprijs & naturalibus locis & Sphæris.

Caput Vltimum huius Primæ partis.

QVoniam diximus hoc cōpositum quod a prædominio terreum est ex quatuor cōponi elementis, posset aliquis nec sine ratione dubitare an debeat dici mistum perfectum vel imperfectum, & an animatum, vel inanimatum.

Quo ad primum dicendum ꝙ respectu mistorū imperfectorū debet dici perfectū, respectu autem aliorū imperfectorū quæ in ipso generantur, cum ad hæc tanquā ad se ipso perfectiora ordinetur, sic dicendum est imperfectū, quo ad secundū dicendum est esse inanimatum.

Sed cum determinauerimus hoc cōpositum a prædominio esse magis terreū quam aqueū, vel Aereum, vel Igneum, aliquis quærere posset per quam harum partium terminetur.

Dicendum est, ꝙ cum hic terreus Globus secundum se totũ habeat & cõuexam Orbicularẽ superficiẽ, habeat & concauã talem cum qua contangit Tartari conuexũ, nõ per vnam tãtum partẽ terminetur, nec per solã terream, nec per solã Aqueã, vel Aeream, vel igneam, quã vt diximus inclusam habet intra viscera ideo in aliquibus locis terminabitur per terreã, vt per altissimos montes, & simul per aereã quæ inter eorũ profundas valles includitur, & alibi per aqueam partẽ terminatur, & sic eius figura orbicularis redditur ex his tribus partibus, Aquea & Aerea replente omne spatiũ quod inter montes & montes intercedit adæquante deniq; eius orbicularẽ figurã, reddenteq; eius superficiem conuexam, qua contangit concauã elementi aeris superficiẽ, & cum sua concaua vt diximus conuexã Tartari quod deniq; cum sua concaua circumambit verum terræ elementũ, Ignea autẽ pars ꝙ non concurrat ad terminandum hunc Terreum Globum vt aliæ tres partes, non sit mirum; Ignis enim cum sit magis actiuus, eius actione magis in suis visceribus egebat, ex eo enim vt diximus concurrente Solis, & aliorum astrorum calore & lumine in eo fertilitas & nutrimenti præparatio ad tot & tanta quæ in ipso generantur & ex ipso nutriuntur prouenit.

Qui terreus Globus ꝙ maioris sit ambitus quã hucusq; fuerit circumscriptus, hoc nobis potest esse argumento, ꝙ eius diameter ante inuentionē illius partis quã nouum vocãt orbē, nō enim quia prius nō esset pars huius terrei Globi vt nunc est, sed quoniã nobis non erat adhuc cognita, vt habitantibus ibi nec nostra pars cognita erat, septem mille milliariũ dicebatur, cuius etiã quantitatis nunc habetur & nō maioris, ex quo elicimus ꝙ eius vera ac determinata magnitudo haberi non posit, vbi enim nunc nō nulli existimant hunc terreum Globũ terminari per aliquod meditarraneum mare seu maius flumen, cum de hoc nihil certi habeamus, poterit & per terream terminari, quod enim mare olim Oceanũ dicebatur ac pro tali recipiebatur, adinuentum est esse meditarraneum & quoddã maius flumen, Quod enim maiorũ nostrorũ ætate contigit de inuentione noui Orbis, ꝙ idē in alio seculo apud antiquiores euenerit nō est dubitandũ, & quod fortasse pro fabula habebatur apud eos qui nos per multas ætates præcesserunt, verũ fuisse confirmatũ fuit: Diuinus Plato in Thimeo scribit Solonē retulisse id quod acceperat a quodã Ægiptio Sacerdote in Vrbe Sai, Deltæ regionis in Ægipto, de Athlantida Insula, e qua tanquã ab orbe incognito innumeras hostiũ copias profectas, & prope

totã Europã & Asiã obsedisse, eamq; Lybia, & Asia simul maiorẽ fuisse, hanc Solonis relationẽ nõ Fabulã sed historiã fuisse, nouus iam adinuẽtus Orbis cõprobat, quod cũ nõ multis ab hinc annis euenerit, cur etiã in futuris ætatibus nõ idem cõtingere posſit, nõ est dicendum, nec ꝙ eius Terrei Globi magnitudo nõ sit maior quã hactenus descripta fuerit, omnia enim quæ generari possent debet posse recipere, ꝙ si quandoq; euenerit vt alias euenisse legimus ac historiæ referunt e quadã Europæ regione propter ingentẽ hominũ multitudinẽ quam plurimæ copiæ & Italiã aliasq; regiones inuaserint, ꝙ si idẽ eodẽ ĩ tẽpore ĩ pluribus regionibus contigisset, vt regionẽ incolendã quærerent, & commodas habitationes nõ adinuenissent propter paruam huius Terrei Globi magnitudinẽ tunc Natura diminuta fuisset in eius constructione, vel dicendum esset ꝙ generandorũ omnium, numerus esset semper determinatus, quod est valde absurdum ac sine aliquo fundamento vel ratione dictum, ideo cõcludendũ existimamus huius Terrei Globi ambitum ac quantitatem satis maiorem esse quam hucusq; describatur.

De quo quia diximus esse cõpositũ ex quatuor elementis siquis dubitaret, an sit corruptibile vel incorruptibile, quod enim incorruptibile sit, nõ videtur fieri posse, componitur enim

ex elementis, & omne tale est corruptibile ergo & tale, erit hoc compositum:

Si autẽ corruptibile sit, cũ sæpius eius corruptio contingere possit, ergo etiã sæpius infra paucas ætates totus hic terreus Globus corrumperetur & ad nihilũ redigeretur, & sic simul cũ eo totũ vniuersum, quod est nõ solũ cõtra Philosophos, sed etiã Theologos, ꝙ scilicet eius corruptio ita crebro contingere possit.

Dicendũ est igitur ꝙ secundũ partes generatur & corrũpitur, secũdũ autẽ se totũ cũ vniuerso cõseruatur incorruptibile, ꝙ secundũ partes generetur & corrumpatur, ex varijs tmporis statibus haberi potest, In vere enim plus de aerea parte ĩ eo generatur, vt de terrea minus quod in vna quadã plaga tantũ nõ autẽ ĩ omni cõtingit vt iã diximus, In autũno autẽ oppositũ eius quod in vere accidit, vt in vna plaga plus de terrea & minus de aerea parte generatur sic ĩ alia opposita plaga plus de aerea vt de terrea minus, In hyeme etiã vt cũ apud nos viget, vt plus de aquea & minus de ignea parte generatur, sic in opposita plaga tunc tẽporis plus de ignea & minus de aquea generatur, hæ oẽs generationes & corruptiones, augmẽtationes vel deperditiones harũ partiũ terrei Globi, in vno solis cõpleto circuitu secundũ suũ propriũ motũ ab Occidẽte in Orientẽ cõtingunt: Hi autẽ varij tẽporis status, Ver,

Æstas, Autumnus, Hyems, ni si tãta esset, quã ta est huius terrei Globi magnitudo nunquã fierent, ex hac etiã horũ statuũ varia vicissitudine, cõtigit ĩ Zodiaci signis & obliquitas & rectitudo, & in luna eclipsis, & ꝙ cũ solẽ eclipsat, illũ totũ nõ possit eclipsare omnibus in hoc terreo Globo habitãtibus, ex eiusdẽ etiã magnitudine cũ eccẽtricis omnes in Planetis apparẽtiæ quod alias nõ fieret saluantur: Cũ igitur terreus hic Globus ex quatuor elemẽtis cõpositus reperiatur ĩ quo terrea pars præ dominatur frustra a nõ nullis quæritur An aquea pars in eo, superet terreã prædominãtẽ, hinc fortasse quidã antiqui Theologi & Poe
„ tæ quia terra prædominatur inter quos Gale
„ nus 1. de natura humana cõm. 26. Hesiodũ cõ
„ memorat, nec nõ quendã Archigenis discipu
„ lũ quẽ tanquã virũ doctũ laudat. hunc terreũ
„ Globũ Gybelẽ vocauerunt, ad illã prædomi-
„ nãtẽ partẽ respiciẽtes, eã oĩum rerũ ipsorũq;
„ deorũ, ꝑ deos, quatuor Saturni filios, & ꝑ Sa-
„ turnũ, Cœlũ, per illosq; quatuor filios, quatuor huius Globi terrei partes, q̃ ad generationẽ omniũ quæ generãtur cõcurrũt, hæ .n. partes, sunt illa elemẽta quæ ad mistionẽ pro generãdis quæ generationi & corruptioni obnoxia sunt, veniunt: Cũ igitur dubitatur an pars aquea ĩ hoc terreo Globo maioris sit quãtitatis quam terrea dicimus si de aqua & terra prout sunt partes huius Globi loquamur,

dubitationẽ eſſe præter rationem, cum terra multum excedat, & quo ad continentiam & omnimodam quantitatẽ, Si autẽ loquamur de terra & aqua pro vt ſunt vera elementa & reperiuntur in proprijs ſphæris: Tunc dicimus ꝙ Tartarũ vel aquæ elementum, cũ terræ elementũ cõtineat, eſſe valde maius, nõ ſolum quo ad continentiã ſed quo ad omnimodam quantitatem.

Qui enim eſt, qui neſciat, ꝙ ſi a primo & ſuperiori orbe deſcendamus, cum deſcenſus a nobiliori & a maiori ad minus, & minus nobile fiat, ꝙ vbi deuenerimus ad id quod eſt vltimum, ꝙ illud ſit omniũ maxime ignobile & minimum, hoc autem cum ſit elementũ terræ, ſequitur ex neceſsitate ꝙ hoc elemẽtum, ſit aquæ elemento minus:


Sed quoniã aliquibus difficile videri poſſet quomodo hic terreus Globus ex quatuor elementis compoſitus inter quatuor elementa, vt in ſuo naturali loco & ſitu locetur, eoq; ordine vt cũ ſua cõuexa ſuperficie ĩmediate concauam aeris, cum ſua autem concaua, conuexã Tartari contangat, quod non caſu fieri dicimus ꝙ hunc habeat ſitum, vel ex aliquo tantum noſtræ mentis conceptu, Sed ab ipſa naturali neceſsitate, quæ oritur a partibus quatuor quæ ipſum cõponunt, quod enim in ipſo poſſunt per leuitatem, Ignis & Aer, ſurſum

trahendo, ex oppoſito idem poſſunt, Terra & Aqua deorſum trahendo per grauitatem vnde ſequitur ꝙ non magis illæ ſurſum, quã aliæ duæ deorſum trahant.

Siquis autem inſtaret quia diximus in eo prædominari Terream partem, & ꝙ alias partes cum excedat, ideo deberet deorſum magis tendere, Dicimus ꝙ Ignis per maiorem quã habet actionem contra operatur, & ſic nõ magis poterit Terra per grauitatẽ, quam Ignis per leuitatem.

Siquis autem iterum inſtaret ꝙ in hoc Terreo Globo cum ſuæ partes non ſemper ſeruentur in eadem proportione, ergo nõ poterit ſemper eſſe in eodem loco & ſitu, ſed quandoque ſuperius aſcendere, quandoque infra deſcendere, In Autumno & in Hyeme cum plus de Terra & aqua generetur ergo factus grauior deſcendet, In vere autem cum plus de Aere, & in Æſtate plus de Igne generetur vt iam diximus, ergo aſcendet, Reſpondemus, ꝙ cum apud nos viget Æſtas & generetur plus de Igne, quia in oppoſita Plaga tunc viget Hyems ideo plus etiã generatur de Aqua, & ſic cum apud nos viget ver, & generatur plus de Aere, in oppoſita viget Autumnus & plus generatur de Terra, & ſic cũ viget apud nos vel Hyems, vel Autnmnus, in oppoſita Plaga oppoſiti vigent ſtatus temporis, quod cũ

perpetuo & ex necessitate naturæ contingat, sic etiam semper in hoc terreo Globo seruabitur suarum partium proportio, & ex necessitate talem habet situm & locum inter quatuor elementa, quo nec cōmodiorem nec vtiliorem habere pro omnibus animantibus potuit, Quo loco & situ terrei Globi inuento, ac etiam ꝙ Tartarū seu verum Aquæ elemétum circumambiat, cooperiatq; verum terræ elementum, quibusdam studiosis iuuenibus aliqua ex parte satisfecisse existimamus, scire desiderantibus quomodo verum aquæ elementum, vt naturalis ordo requirere videtur circumambiat cooperiatq; verum terræ elementum: Modo reliquum est, vt de Aquæ elemento quæ in principio huius Tractatus dicenda proposuimus, vt tandem Deo Optimo Maximo fauente optatum finē, qui primus fuit in intentione consequamur: dicamus.



SECVNDA PARS TRACTATVS IN ORDINE, PRIma autem in intentione, de propositi iam medicamenti facultate, & præstantia, constantis aqua simplici à nobis inuenta, vel aliqua in qualitatibus huic consimili, illisque frustulis.

AVCTOR AD LECTOREM.

Scribitur hoc illis qui noscant arte mederi
Exiguum quamuis, vtile Lector opus,
Nilq; magis cupiant homini quam tollere morbos
Tuto si valeant, absque dolore cito,
Antiquos legi tales, quosdam atque recentes
Qui medici, & nostræ relligionis erant,
Montanum inter eos Trincauelam, atq; Faloppiam
Hi præceptores nosco fuere mei;



VM Omne auxiliũ humano generi profuturum, vel animã tantum, vel corpus tãtum, vel vtrumq; respiciat, id Dei optimi maximi munere, & gratia proueniat vt tale reddatur, ideo nos tractaturi de hoc præstanti medicamento, cum Dauide dicamus, Domine labia mea aperias, & os meũ annun-

ciabit laudem tuam. Christus cum sit via, veritas, & vita, & cũ sola veritas semper viuat & luceat, tunc Christum eiusq; laudes annunciasse existimamus, si eam in hoc medicamento veritatẽ prosequemur, quam ab ipso Christo habuisse pro cõperto habemus, vt humanum genus eo genere morbi sua virtute liberaret, nõ autem casu, sed certis rationibus experientiã cõprobantibus. determinaturi igitur de hoc medicamẽto, ꝙ omnis eius effectus in sanandis quibuscunq; vulneribus in verã ac determinatã causam referatur, id primum de eo considerandũm occurrit, An omnibus indicationibus a quouis vulnere emergentibus satisfacere posit, quod si comprobatum fuerit a nobis vt speramus, & illam veritatem consequemur ex voto, & mortales promptiori animo huius medicamẽti vsũ admisuros iudicamus, Siqui autẽ fuerint qui adhuc pertinaciter huic se medicamẽto opponant, nihil aliud eis præcibus exorandum a deo optimo maximo cupimus, nisi vt eorum pœnitentiæ tarditatem, grauitate cõpensare non velit.

CAPVT PRIMVM.

QVoniam huius medicamenti vires in sanandis quibuscunq; vulneribus, sed præcipue capitis, vel sint cum, vel sine fractura ipsius Cranei, in aquã simplicem, & in illa

frustula

frustula referimus, quã aquam si a vero a nobis inuento aquæ elemento habere possemus tunc citius ac facilius finem consequeremur, quod cũ fieri nequeat & in hoc terreo Globo quam variæ reperiantur aquæ, nõ autẽ simplices vt elementaris, sed admistæ, ideo ex his omnibus tum sapore, cum alijs secundis qualitatibus differentibus eam eligendã proponimus, quæ magis ad illam simplicẽ accedat: Non nullæ aquæ cum calore solis tum Ignis, e varijs simplicibus extrahuntur, quæ cũ sint ex quatuor elementis mista, cum in extractis ex ipsis frigiditas sola & humiditas, vt nos in hoc medicamẽto exoptamus nõ reperiatur, ideo tales aquas vt huic proposito inutiles dimittimus, omnes etiam per decoctionem paratas, vt cũ hordeum vel aliquod mistum dequoquimus, illã igitur ex hoc terreo Globo eliciemus quæ ab elementari minus distabit, Sed vt aliqua methodo certaq; ratione talẽ adinuenire valeamus ad Hippocratẽ tãquã medicinæ parentem in Quinto Aphorismorũ apho. xxvj recurremus, vbi nos docet modũ ac viam cognoscendi meliorẽ aquam inter omnes quæ reperiantur in hoc terreo Globo sic dicens, „Aqua quæ cito calet & cito „refrigeratur, est omniũ leuissima hanc ergo aquã adinuenire debemus, & inuẽtã ad vsum reuocare pro sanandis vulneribus: Sed cum

que aqua eligẽda

hoc medicamentum constet etiam illis frustulis, vel lineis, vel cannabinis, Cannabina magis conueniunt, quia magis siccant, qua siccitate quomodo & quando indigeamus infra videbimus, de his modo frustulis hoc est notandum, ꝙ vel sint ex Cannabe, vel ex Lino sint nitida, ac nulla infecta sorditie ex intima aliqua tunica excerpta, & potius maris quam fœminæ vt omnem menstruorum suspitionem vitemus, de numero etiam istorũ frustulorum nunc notandum, ꝙ tria tantum sufficiunt, Sed cur non plura vel pauciora hoc infra videbimus, quo ad eorundem figuram, est etiam notandum ꝙ non debent omnia esse eiusdem figuræ, nec eadem in quantitate, quo ad modum etiam applicandi, an sæpius in die vel in nocte sint commutanda, vel sæpius madefacienda, in proprijs capitibus omnia explicabũtur. Modo hoc scito, ꝙ hoc medicamentum constet tantũ illa simplici aqua & illis frustulis, videtur ꝙ ex ipso nihil aliud sperare possimus, quam frigiditatem & humiditatem introducendam in vulnus, in quo cum nullo modo humiditate egeamus pro curatione, sed potius eius contrario videlicet siccitate, ideò non videtur quòd hoc medicamentum satisfacere posit indicationibus a curandis vulneribus emergentibus, vt eius præstantia polliceri videbatur:

CAPVT SECVNDVM.

PRima ſeu cõmunis indicatio in quacunque ſoluta vnitate vt nos docet Galenus in lib. Artis medicinalis cap. 90. eſt ipſa vnitio, quæ cõmunis, & prima indicatio ſumitur, ab eſſentia morbi, quicunque enim ſit morbus, vel in intemperie, vel in compoſitione, vel in ſoluta vnitate, primo & per ſe indicat de ſui ablatione per contrarium, Sed quoniã Hippocrates Sexto de morbis Vulgaribus Cõmentario quinto, textu primo dicebat, Morborum Naturæ medicatrices, quod dictum quomodo ſit intelligendum a Galeno in commento declaratur, Ex quibus Hippocratis verbis nos elicimus, quòd Natura per illas quatuor virtutes naturales, Attractricem, Retentricem, Concoctricem, & expultricem, ſignificetur, quod eius loquendi modus oſtendit dixit .n. Naturæ & non Natura, quæ cum ſit prima effectrix cauſa, vel ſanitatem conſeruandi, vel vitiatam ſeu deperditã recuperãdi., Medicus aũt, cũ ſuis inſtrumẽtis cũ ſit tantum miniſter, ſequitur ꝙ in curãdo aliquo vulnere, de hoc enim morbi genere locuturi ſumus, in quo cũ Natura ſit præcipua operationis cauſa, Medicus tamen, cũ & ipſe cõcurrat, ideo quatuor intẽtiones inter ſe cõſequentes vt habemus a Gal. in eod. cap. 90.

Artis medicinalis, habere debet, Prima eſt
„ partiũ inter ſe diſtantiũ applicatio, ſecunda
„ eſt applicationis cõſeruatio, Tertio vt nihil
„ intercidat inter partes applicatas, Quarta
eſt partis conſeruatio per mediocriter ſiccan
tia, Non nulli addunt quintã, quæ eſt accidẽ
tium correctio, de hac ſe dicturum pollicetur
Galenus in fine illius 90. capitis Artis medicinalis, vbi tractabit de complicatis morbis,
in quibus quã plures inſurgunt curatiuæ indicationes, Nos in hac vulnerũ curatione reſolutiua methodo progrediemur, quod enim
primo habemus in intentione, in aliquo curãdo vulnere, ſi curatio ſit ſperanda, vltimum
redditur in eſecutione, Natura in ſoluta vnitate coniunctionẽ deſiderat tanquam finem,
quẽ cum ſine tẽpore conſequi nõ poſsit, nec
ſæpius ſine ſui miniſtri videlicet medici auxilio omnia quæ operatur ad illum finẽ dirigit,
& ſic Natura vltimũ aſſequitur quod primo
intendit, Cum in humano corpore aliqua cõtigerit vnitatis ſolutio que & magna ſit, ſi
inter eius labra aliquid ĩtercidat, vt vel oſsis
fruſtulũ, vel aliquod ab extrinſeco infixũ, vt
vel ſagitta, vel mucro, vel aliud cõſimile, ſine
temporis longinquitate, vel miniſtri auxilio
finem nõ aſſequitur, hæc autẽ infixa, ſi nõ poſ
ſint ita cito extrahi ſine vulnerati periculo vt
oportunum videretur, tunc nõ eſt hoc tentan

dum, Sed naturæ opus dimittendũ quæ huius medicamenti auxilio, licet longiori cum tempore illud infixum extrudat, ea potius mora cum ægroti securitate, quã celeritas cũ vitæ discrimine est eligenda, quamuis Hippocrates dicat in libro de his quæ in Medicatrina fiunt, textu xxiij. ꝙ medicus debet celeriter mederi, nos tamen dicimus illum, nõ mederi celeriter, qui periculũ securitati anteponit, eodem in textu voluit Hippocrates, quod declarat Galenus in principio libri de fascijs & xiiij. methodi cap. 13 ꝙ scilicet medicus curet tuto, cito, & sine dolore, Si igitur Natura poterit quamuis nõ ita cito, sed cum minore ægrotantis discrimine huius medicamenti auxilio quod infixũ est extrudere, nõ statim est deueniendũ vt pleriq; faciunt ad magnam vulneris dilatationẽ, & ad violentã rei infixæ extractionẽ, vt videantur cito agere sed non sine ægrotantis discrimine, consimile facinus sæpe audent quam plures Chirurgici hac nostra tempestate Arcagatum Lisaniæ filiũ fortasse imitantes qui primus in Vrbe medicinã fecit, vt Cassius Hemina antiquus scriptor refert, ille enim maxima cũ audacia ac temeritate cum mederetur ac non sine quadam immanitate, sæpe enim ac libenter in morbis etiam qui nõ extremis egebant remedijs, ad ferrũ & ignem deueniebat, Cuius medendi

mederi [illegible] cito tuto sine dolore

mos, ac modus fuit in causa vt medicis multum derogaretur, Hinc ille Marcus Cato cõtra tales medicos in ea inhonesta verba quæ in varijs leguntur locis, & in hominum ore sunt, prorupit, Ex his etiam non nulli hac in ætate reperiuntur tales, qui vt mali homines cum nesciant nisi male agere, ita probi, nisi bene agere, cum pro fine non lucrum, aut inanem gloriam habeant, sed tutam, citam, facilemque ægroti salutem.

CAPVT TERTIVM.

NON nulli ex illis, qui semper plusquam oportet sapere volunt, licet quotidiana experientia videant quòd Natura, huius medicamenti auxilio concurrente, extrahat quod in vulnerata parte est infixum, ea tamẽ experientia non contenti, statim deueniendũ esse ad vulneris dilatationem dicunt, ex qua violenta cum suis instrumentis operatione, cum raro sit, quin dolor superueniat in vulnerata parte, vnde postea & inflammatio sequitur ex qua, morbus postea qui simplex erat compositus redditur, Sed iam nos videamus an hoc nostrum medicamentum contra eorũ opinionem posit huic intentioni satisfacere quæ est, aliquod infixum e vulnerata parte extrahendi, quod enim siccum est, humidum

attrahere neminē dubitare credimus, ideo tā quam nota propositio apud philosophos sup poni potest, tamē si quis hoc negaret spongia rū exēplo, & aliorū cōsimiliū probari potest; quo supposito probamus hoc medicamentū nō occulta quadā proprietate, vt Magnes fer rū, seu Electrū paleā, sed satis manifesta quali tate attrahere, ea frustula in aqua infusa vulneri applicata, ac postmodum esiccata, nullus .n. tractu tēporis esiccari negabit, cum id sen sus comprobent, eo quo potiuntur naturali desiderio humiditatē trahendi, vt iterū humi da reddantur, attrahent, in qua attractione, etiam infixum attrahent, quod continuo ad exitum disponi non est ambigendum, Virtus enim expultrix vt iam diximus ex mēte Hip pocratis cum ad hoc opus, cum omni suo conatu cōcurrat, quæ operatio cum sit quidam motus, qui fit in tēpore quod motus est mensura, ideo nec sine tempore fiet, sed quandoque celeriter, quandoque autē tarde, hoc pluribus de causis contingere potest, vel ratione infixi, quod & in quantitate, & in figura variare potest, vel tale infixū sit os vel aliud extrinsecum, ratione quantitatis, quod .n. maius est, tardius, quod autem minus, citius extrahetur & facilius, dummodo figura non obstet, intortū .n. & tanquā hamū aduncatū quāuis minus sit, difficilius tamē extrahetur

figuræ, ratione etiã partis affectæ, poteſt prouenire & celeritas & tarditas, & facilitas & difficultas, ratione etiã debilitatis, vel fortitudinis virtutis expultricis illius affectæ partis, ſi .n. ea pars ſit bene temperata facilius & citius expellet, quã ſi aliter ſe habeat, ratione etiã diuerſæ compoſitionis, facilius .n. & citius a carne quã ab oſſe, ratione etiã Situs, ꝙ .n. magis ad intra eſt infixũ tardius & difficilius extrahetur quã qđ eſt in ſuperficie, quãdo igitur omnia deteriora concurrent in aliquo infixo, tunc difficultas & tarditas erit maxima, quando autẽ concurrent meliora, tunc minima, quando autẽ nõ oĩa cõcurrent, tunc prout bonũ, vel malũ ſuperat ita facilitas difficultatem, & celeritas vincet tarditatem, vel econtra.

Sed ſtatim aliquis ex illis ſapientibus inſurget, ac dicet Naturam, nunquã huius medicamẽti auxilio id efficere poſſe, niſi quædã præcedat ſuppuratio, vnde ĩ vulnere ſequatur quædam maior dilatatio & præparatio ad extractionẽ infixi, hæc autẽ duo ſuppurare, & viã præparare ad exitum infixi, nõ ſolũ videtur quod hoc medicamentum non poſsit efficere, ſed potius oppoſitum præſtare, quoniam vt frigidi eſt condenſare, & conſtipare, ſic ſuppurationem prohibere calidi autem oppoſitum præſtare, ſed hoc medicamentum eſt fri-

gidum ergo, nunquam ſuppurabit vel viam ad exitum infixi præparare poterit.

t omnes huius medicamenti effectus in ſuas cauſas referamus, videndum erit, an in hoc ef fectu ſuppurationis poſsimus rationem adin uenire, iã enim ſenſui patet ꝙ ſuppuret, Galenus enim Quinto de Simplicium medicamẽtorum facultatibus, dicebat quod puſmo uentia excale faciunt perinde vt aqua calida ſi igitur hoc noſtrum medicamentum quandoque reddatur tale, quis vnquam negabit non poſſe etiam ſuppurare?

CAPVT QVARTVM.

VT ſuſceptæ prouinciæ pro viribus noſtris ſatisfaciamus hoc vnum tanquã verũ fundamentum ſupponimus, quod infra pro babimus, qđ in principio curationis, dũ eo vtimur medicamento frigido & humido, calor naturalis huic tunc tẽporis non aſſuetus, tanquã a ſuo quodam contrario cum frigidũ ſit, refugiens, a circumferentia ad centrũ tanquã ad ſecuriorem locum ſe retrahat, ſed cũ poſtea in dies ac ſenſim, aſſueſcat & cũ eo familiaritatem cõtrahere incipiat, quod abſurdũ fore non iudicamus, ideo a Centro ad circunferentiam redire incipit, cum hæc a Veris Phyloſophiæ principijs non diſſentiãt, quin a veris Philoſophis, & medicis admittantur nõ

dubitamus, ex hoc igitur reditu, ac inita familiaritate caloris naturalis cum medicamẽto, sequitur quod tunc tẽporis ab eodem calor naturalis corroboretur potius, quam lædatur ab eius frigiditate vt prius contingebat, quæ frigiditas cum sit talis ꝙ ipsum calorem naturalem nullo modo superare possit, ideo ab ea vt diximus corroborabitur, quod ex ea etiam Hippocratis authoritate primi aphorismorũ aph. 15. cõprobatur, Ventres hyeme, & Vere natura calidissimi sunt &c. per quam rationẽ Calor naturalis corroboratur in hyeme per eandem hic poterit corroborari ab eo medicamento: in quo cum superueniat quidam tepor quod ita esse, Vnicuique sensus Tactus comprobare poterit, de qua re, vt nos sæpe periculum fecimus, vt veram huius effectus causam consequeremur, ita idem vnusquisque experiri poterit, in primis diebus curationis siquis illa frustula contangat; ea vtens methodo in applicatione quam postea declarabimus, methodus enim varia est pro vt variæ insurgunt indicationes ab ipso curando vulnere, sentiet in eis teporem, quẽ nos sæpenumero percepimus, & confirmabit hoc medicamentum tale reddi, quale describitur suppurans a Galeno, & sic nõ solum experientia, sed etiam ratione cõprobatur hoc medicamentũ illi intẽtioni quæ est pus gene-

randi satisfacere posse: pus .n. ex Gale. 5. de simpl. medic. facult. cap. 5. generant quæ in calore & humiditate temperata sunt: vbi in eod lib. cap. 9. inter pus mouentia, aquã tem peratã reponit, sic dicens igitur ad puris ge-
, neratione omnium aptissimũ est ex his quæ
, perfunduntur aqua tẽperata, aut cui oleũ est
; additum, quod græci hydroleum vocant.
Sed iterũ aliquis ex illis instabit, ꝙ cũ Naturæ & medici prima intentio sit, in omni soluta vnitate, coniunctionẽ partiũ assequi, licet in opere sit vltima, in quo prima est humorũ fluxum cohibere & ex hoc inflãmationẽ sed cũ nondũ de hoc medicamento demonstrauerimus id posse, ideo hoc iã ostendamus, vt cura tio ex ordine procedat, ordinatum enim est secundũ naturã, vt oppositũ econtra, ex Ari-
" stotele octauo physicorũ tex. 15. & ex diuino
" Platone inquã pluribus locis, in quo ordine vt diximus resolutiua methodo procedemus, & quoniam vniuersale præcedit particulare, ideo de vniuersalibus remedijs prius tractabimus quã de particularibus, vt tale fuit Aristotelis præceptum in princ. pr. lib. physicorum, ita a Galeno in arte medica semper fuit obseruatum.

CAPVT QVINTVM.

IN principio igitur curationis, indicationibus magis vniuersalibus desumptis a morbi essen-

tia satisfacere debemus, Magnus .n. morbus, vt magna indicat remedia, ita paruus parua, & mediocris mediocria, qđ nos docuit Hippocrates primo aphorismorum, aphoris. vj. cum diceret extremis morbis, extrema conueniunt remedia, quod exquisite postmodũ declarat Galenus in Cõmento, sed in omnibus his remedijs ad vires semper respicere debemus, & ad illa quatuor quæ idẽ Hippocrates ponit in primo aphorismorũ in fine secundi aphorismi, ad regionẽ, tẽpus anni, ætetatẽ, & morbũ, cũ igitur ad vulneratũ accedimus, vt nihil dimittamus, si pars vulnerata sit talis vt egeat pilorum amotione, maxima cũ diligentia & cum minore quo fieri potest dolore sunt abradẽdi, quo peracto. Oui albumen optime agitatũ sine sale, nisi de sanguinis fluxu immineat suspitio, cum stuppis lenibus ac ab omni sorditie expurgatis, vt omniũ chirurgorũ moris est, in prima curationis vice, nec sine ratione imponendũ est, Oui enim albũ tale est, vt sua facultate posit inflãmationem prohibere, nec minus retinere ne sanguis ad introfluat, post hæc si opus fuerit præmissa vẽtris lenitione, vel natura, vel arte, vt aliquo cõmuni enemate ex decocto foliorũ maluæ violarum, mercurialis parietariæ & consimiliũ, vt sic Rec. huius decocti quãtũ sufficiet iudicio præsentis medici, olei violati vel consi-

mellis vnc. ij. Vitellos, oui numero duos, salis cõis drac. vnã, & plus vel minus pro vt virtus expultrix ipsius patientis requiret, Sed si enematis iniectionem respueret, poterimus vti glande, parata vel ex melle cũ sale, vel radice alicuius herbæ, vt vel maluæ, brassicæ betæ & consimilium, vel ex sapone, vel ex aruina suilla, Si etiã glandes respueret, deueniendũ erit ad lenientia per os assumẽda, vt vel ad electuariũ lenitiuũ, vel diacattolicon, vel dia sebesten, vel diaprunis non solut: vel ad florẽ casiæ recenter extractum, vel ad syr. rosatũ ex nouẽ infusionibus, vt sic: Rec. floris cassiæ nouiter extractæ vnc. vnã pulueris anisorũ liquiritiæ an. dr. 5. cũ Zuccaro fiãt boli capiendi per mediã horã ante cibũ, vel electuarij lenitiui vnc. vnã, vel elect. lenit floris cassiæ nouiter extractæ an. vn 5. & dosim augere vel minuere prout alui dispositio vel ætas ægrotantis requirẽt, sunt enim hæc a medicis osseruanda, ne apud ægros & eorũ asidentes, si medicamenta assumpta fine frustrentur fiat cũ ipsorũ derogatione, ita .n. conquæruntur de medicis si multum educant, vt si parũ, In hoc nostri medicamẽti ex aqua vsu pro curãdis vulneribus, est obseruandũ ꝙ cũ sit admodũ simplex, fugiamus illam etiã tantã cõmistionẽ seu confusionẽ qua plures vtuntur medici, nulla vtẽtes methodo in his administrã-

dis medicamẽtis, ſunt fugienda quæ poſſunt humores in corpore agitare & infiãmationi occaſionem tribuere, & hoc in penetrantibus vulneribus eſt magis obſeruandũ, vel ſint in ventre animali, vel vitali, vel naturali, illa igitur præmiſſa vẽtris lenitione ſi opus fuerit, niſi multa ſanguinis copia e vulnere effluxerit, & humoribus eã indicantibus, concurrẽtibus morbi magnitudine, ætate, & uiriũ robore, ad ſanguinis miſsionẽ deueniemus, & ab hac vel illa vena dextri, vel ſiniſtri brachij pro vt vulnerata pars indicabit, ea etiã quãtitas erit extrahẽda, vt eadẽ indicabunt, Omnia .n. cum methodo ſunt peragẽda, non autẽ caſu & fortuna vt moris eſt audaciũ quorundã medicorũ qui in conſuetudinẽ & inuiolabilẽ legẽ deduxerunt vt in omni vulnere, etiã ſi ſola natura, nulla concurrente medici arte, illud ſanare poſſet, ſanguis extrahatur vt ſi nullus vnquã vulneratus ſine ſanguinis miſsione fuiſſet curatus, ignorant enim ꝙ vulnera pro vt ſunt morbus in ſoluta vnitate, de ſui natura nõ tot, ac tã varijs egẽt remedijs cũ primo & per ſe indicẽt ſolũ partiũ cõiunctionẽ, ad ſanguinis igitur extractionẽ a docto & ꝑito medico nõ eſt deueniendũ niſi cõcurrẽtibus illis relatis iã ſcopis, quibus ꝓſentibus, nec eſt dimittẽda qua præmiſſa, victus ratio eo ordine eſt inſtituẽda, vt ſua etiã dignitas requirit.

CAPVT SEXTVM.

HOc medicinæ instrumentum quod victus ratio dicitur duobus alijs excellit Farmaciæ & chirurgiæ quoniam nulla morbi curatio sine hoc, vt sæpe sine sanguinis missione, vel sine farmacia fieri potest, talis autem instituẽda est victus ratio qualis a morbo indicatur, & ab ipsis viribus, & quæ iam retulimus in sanguinis extractione, eadẽ de victus ratione dicenda sunt, a morbo enim magno cõsentientibus viribus indicatur ratio victus tenuior, quã a paruo vel mediocri, Sic etiã a vario morbi tempore, varia indicatur victus ratio, cum in qualitate tum in quantitate, si sumus in principio morbi magni, quem magnum illa reddunt vulnera, quæ vel sunt in partibus nobilioribus, vel quia talia vulnera in se sunt magna, vel quia sunt cũ sæuis accidentibus. Si igitur vires consentiant cum morbo magno, qui nec futurus sit valde cronicus, quoniam ex Hippocrate in primo aphorismorum, aphor. iiij. in morbis longis victus tenuis & valde exquisitus est periculosus, Si igitur non est futurus talis, & vires consentiant, Victus ratio instituatur tenuis in quantitate & qualitate, vt non solum minuat humorũ copiã si opus fuerit, verũ etiã

prohibeat copiæ generationẽ. Sic n. humorũ fluxũ & hinc inflãmationẽ ꝓhibebimus, quæ duo quia per frigidũ non autẽ per calidũ præstari possunt, ideo victus ratio non solum tenuis in quantitate sed ex frigidis cum alimẽtis tũ potionibus constare debet, conuenient igitur quæ parum nutrient & simul refrigerent, Ptisana, si hordei qualitates, & ipsam aquã quæ duo ad eius præparationẽ requiruntur consideremus, maxime cõueniet, præmissa sanguinis missionẽ vt diximus & illa alui lenitione si his duobus vel vno egeamus, hoc enim fuit Galeni præceptũ in primo de ratione victus in morbis acutis cõmẽto 19. conueniẽt etiã fercula ex herbis refrigerãtibus quæ si quandã habebunt siccitatẽ & adstringentiã erunt magis eligendæ si tales habere non possumus sint saltẽ parũ humectãtes, lactuca, spinachia, Acetosa, Borago, Buglossa, Lapatiũ, recentes cucurbitæ cum onfacio conditæ si in tali simus temporis statu, vt habeantur, conuenient, Si autẽ quandoque cogamur vti calidioribus cibarijs condiantur cũ aliquo frigidiori condimento, vt cũ succo onfacij, vel punicorũ, vel medicorũ malorum medij vel acidi saporis, non autẽ dulcis, si panatellã appeteret cũ semine melonũ & maxime in vulneribus capitis magis quã cũ amigdalis præparetur, panis etiã lotus cũ Zuccaro & sine vino

conueniet,

conueniet, pro potu autem vtemur vel deco
cto hordei cum Zuccaro vel iulep violato vel
potius roſaceo in principio morbi vel vino
granatorũ, quæ enim in his reperitur ad ſtri-
gentia in principio morbi conuenit & deſide
randa eſt.

quis autẽ vulneratus eſſet debilioris vẽtriculi
& offenderetur a potu aquæ, quamuis aroma
ta ex Hipp. Quinto aphoriſmorũ apho. 28.
ſemper caput offendant quia in eo grauitatẽ
faciant, & hac ratione in vulneribus capitis
ſint maxime ſuſpecta, tum etiã quia calida, &
ratione caliditatis in omnibus alijs vulneri-
bus ſuſpecta, tamen aliquid cinamomi pote
rimus cũ aqua decoquere vt ſemper ꝙ magis
vrget reſpiciamus, altero tamẽ nõ neglecto,
In morbo igitur magno & in eius principio
cõſentientibus viribus hac vtemur victus ra-
tione, ab ouis autẽ a carne, & a vino abſtine-
bimus, vt humorũ fluxũ & inde inflammatio
nẽ prohibeamus, quod ſi fecerimus, maiorẽ
curæ partem perfeciſſe exiſtimabimus.

CAPVT SEPTIMVM.

EO ordine victus ratione inſtituta, ſi tales
humores in vulnerato reperiantur qui vi
deantur præparatione aliqua ſeu altera-
tione indigere, ea præſertim quæ poſsit hu-
morum ebullitionem prohibere, tunc ad eos

ſyrupos qui huic intẽtioni, cũ victus ratione consimili satisfacere poſsint deueniemus, tales ſunt ſyr. roſatus violaceus, de cicorea, de Endiuia, de lupulis, de ſucco acetoſæ, acetoſus ſimp. oxiſaccara, & cõſimiles, cũ aquis cõſimilibus, vel magis refrigerãtibus vt lactucæ, portulacæ, nenufaris, cucurbitæ, ordinatio ꝓ exẽplo poterit eſſe talis: Recipe ſy. roſati ex infuſione roſarũ recentiũ vnc. vnã, de cicorea ſimp. vnc. s. aquarũ violarũ endiuiæ ana vnc. vnã & mediã, hoc vel ſimili poterimus vti, & augere vel minuere doſim vt de alijs diximus ĩ æſtate, & ĩ corpore calidioris tẽperaturæ & ĩ cõſimili ætate & ĩ maiori corpore, maiore vtemur doſi, minori autẽ ĩ oppoſitis, de electione magis vnius, quã alterius ſyru. a parte affecta indicari poterit, alio .n. vtemur ĩ vulneribus capitis, & alio ĩ vulneribus mẽbrorũ ſpiritualiũ, vt alio in his quæ ſunt ĩ naturalibus, vt .n. cicorea reſpicit hepar, & abſintiũ ipsũ ventriculũ, ſic violæ partes ſpirituales, & roſa caput nunc enim de frigidis ſimplicibus loquimur nõ autẽ de calidis cũ his in hoc caſu nõ indigeamus, & maxime ĩ morbi principio, in quo humorũ fluxum inhibere intendimus nec nõ inflãmationẽ, quot enim ſyrupi exibendi ſint nõ eſt ab aliquo Auctore determinandũ, quoniã pauciores vel plures exibẽdi ſunt, pro vt aſsiſtenti medico oportunuum videbitur.

CAPVT OCTAVVM.

POst exibitos ſy: ſi aliquo medicamẽto electi ue educẽte indigeamus, nõ ad vehemẽtiora & ſcãmoneata deuenire debemus, verum ſi his etiã quãdoq; cogemur uti, in leuioribus inter ea pſiſtemus, cũ habeamus in qua ſumus tẽpeſtate, quæ benedicta vocãtur, eis ſine ſuſpitione vtemur, & inter cõpoſita electuaria quæ etiã leuiora ſint, eligi poterit iã ſupra relatũ electuariũ lenitiuũ, diacattolicõ, diaſebeſtẽ vtrumq; , & diaprunis nõ ſolutiuũ, & ſyr. roſatus ſolutiuus, & quãdoq; vt in vulneribus capitis mel roſatũ ſolutiuũ, agaricũ trociſcatũ, & inter ſimplicia benedicta: Rhabarbarũ, manna, caſsia, tamarindi, mirabolani & alia cõſimilia, ex his ſimplicibus benedictis, vt ex illis leuioribus cõpoſitis, maiorẽ vel minorẽ doſim ꝓ vt a iã relatis ĩdicabitur eligemus: ꝓ exẽplo ſic dicemus: Re. rhabarbari electi, magis vel minus maturi ꝓ vt erit oportunũ, quãdoq; .n. magis, quãdoq; minus maturo egemus, ſcrup. 4. ſpicæ parũ ĩ puluerẽ redigatur, deinde inſpergatur vino albo optimo & odorato, & in ea ĩfundatur aqua ſecũdũ artẽ quæ medico præſenti oportuna videbitur, deinde factæ expſsioni ſecũdũ præſẽtes indicationes a mã vacuãda de ſumptas addatur vel de ſyr. roſato ſolutiuo ſi ſumus ĩ æſtate, vel ſi in hyeme & vulnus ſit ĩ capite de rhodo melle, vnc.

duas,agarici trociſcati dr̄. vnā,de aliquo autē ex iam relatis electuarijs dr. vj. & ſic cum decocto vel cordiali vel pectorali pro vt magis opus erit fiat potio, quā capiet calidā in aurora vel citius vel tardius, & antequā per ſeceſſum educēda educere incipiat, dormire poterit,vbi autem educere inceperit,nō amplius dormiat, ꝙ ab aſſumpto medicamento ſomnus eo modo cōueniat,& in aſſumptione præſertim medicamentorū, quæ nō ſunt vehementiora,nec admodū ſcamoneata, ratio eſt, quia cum calor naturalis in ſomno magis vigeat, citius & facilius agens in medicamentū, ad actionē deducet, Sed ꝙ non ſit dormiendū, vbi educēda, educere inceperit, ratio eſt, quia cū ab ambitu corporis debeat medicamentū humores ad inteſtina vacuandos attrahere,a virtute poſtmodū expultrice foras expellendos,ſomnus tunc oppoſitū operaretur, humores enim intus retineret, qua etiā perſeuerante medicamenti per ſeceſſum eductione, nihil eſt exibendū cuius oppoſitū facit maior pars medicorū noſtri tēporis, cū adhuc medicamentū naturā ad noxiorū humorū expulſionē impellit,iſti pro inuiolabili lege obſeruant vt iuſculum pulli cū Zuccaro rubeo exibeatur ipſi patienti, non equidem tunc ad detergēdū. vt ipſi putant, ſed potius ad naturā a ſuo opere retrahēdā,ex hac enim

intempeſtiua illius nutrimẽti exibitione ab opere retrahitur ipſa Natura: quod eſt cõtra Hippocratẽ in ſecundo de ratione victus in morbis acutis tex. xiij. vbi duo intendit primũ eſt, quod in hac noſtra tẽpeſtate parũ obſeruatur, & alterũ eſt in quo medici ſui etiã tẽporis vt Galenus in cõmento illius textus refert, errabant, in primo enim docet Hippo. ꝙ medicamento adhuc naturã ad humorum excretionẽ impellẽte nihil ſit exibẽdũ, quod etiã Ariſtoteles in quinta particula problemate 28. docebat cum diceret, Cur nõ protinus ab exercitatione aut a medicamẽto epoto, cibus aſſumi debeat, ſoluens dicebat, An ꝙ corpus adhuc purgatur, nec dum a labore quieſcit, excrementaq; excita redundant, in hoc igitur vt diximus nunc a cõpluribus erratur. Secundũ autẽ quod Hipp. docebat, erat, ꝙ perfecta purgatione, vacuatiſq; vacuandis cibus exiberi, ſed in minori quantitate quã alias debeat, cuius oppoſitũ cõplures etiã medici noſtri tẽporis faciunt, vt nõ nullos etiam ſui feciſſe Galenus refert, quod noſtri lauatiuum vocãt, antequã medicamentũ ad excernendi opus, vel Natura per illud deueniret, exibebat, ad detergendum ſcilicet exibitum medicamẽtũ, vt illud deorſum traheret, tunc enim tẽporis malignis admodum vtebantur medicamẽtis, vt ſcammonio, peplio, turbith.

Hellebolô,& cõſimilibus vehementioribus ; ideo ne aliqua medicamẽti portio ſuperioribus partibus diu adhæreret,ptiſanã ad detergẽdũ,& antequã ad excretionẽ naturã impuliſſet,ne ſi poſtea exiberetur,ab opere retraheretur male ergo faciunt illi medici, q lauatiuũ illud ex illo iuſculo,& Zuccaro rubeo , medicamẽto adhuc educenda, educẽte propinãt. ſed hæc de tali re dixiſſe nũc ſufficiãt, de hac enim in noſtro Tractatu de febre peſtilenti longioribus verbis egimus,ad iam propoſitũ redeuntes , ſi æger huiuſmodi liquidiora reſpueret,boli parari poterunt,vel pillulæ exiberi , in quocunq; enim tẽporis ſtatu pillulæ de tribus cũ rhabarbaro exiberi poſſent, & in ea doſi quæ præſenti tunc medico oportuna videbitur : quibus peractis purgationibus , ſi tractu tẽporis , & maxime ſi morbus futurus eſt cronicus,ſi Natura ſponte excremẽta non eiciat,tunc poterimus vel comunibus enematibus vel cõpoſitis pro vt neceſsitas vrgebit , & ab excremẽtis ĩdicabitur, vti, vel ſi aliquod de nouo ſuperueniat ſymptoma,vt ſi opus eſſet flatum diſcutere,flores camomillæ,anetũ, mellilotũ , furfur, & ſemina aniſorũ & aliorũ eiuſdẽ facultatis addemus,& in eo ſic parato decocto,olea cõſimilis virtutis vt camomillinum,anetinum,& ſi opus fuerit ad calidiora etiã cum olea,tum cõpoſita electuaria deue-

niemus,poterimus etiã loco enematis,quandoque vt supra retulimus glande vti, omnia autẽ vt sæpius diximus secundũ suas indicationes administranda sunt,tam alterantia & lenientia quã missio sanguinis & purgatio & victus ratio, nõ enim eodẽ semper ordine ac inuiolabili eadem semper lege, & præcipue victus ratio instituẽda sunt,sed tam diu, quã diu opus fuerit & indicatio eius institutionis causa perseuerauerit,qua variante,& illa cõmutanda erit, ea igitur victus ratione sic instituta, vtemur vsq; in declinatione,si autẽ aliquid de nouo superueniat,& præsertim aliquod symptoma quod vires prosternat, tunc instituta victus ratio, in omni morbi tẽpore poterit mutari ac innouari, vel augeri, vel minui, cum respectu qualitatis, tum quantitatis, cum quo ad substantiam alimentorũ tum quo ad ordinem,& tempus,& oua sorbilia, & carnẽ & vinum exibebimus cum vires cito sunt reficiendæ.

CAPVT NONVM.

IAm ad propositã in hac curatione resolutiuã methodũ reuertamur his vniuersalibus præmissis & quo ad primũ medicinæ ĩstrumẽtũ ꝙ est victus ratio, cæteris nobilius & magis necessariũ,& quo ad secũdũ instrumẽtũ ĩ quo vacuatio vt genus continetur habens sub se & purgationẽ,& flebotomiã de q̃bus & vtriusq;

indicationibus, cum satis superq; dictum sit, Reliquũ est, vt cum hoc nostro medicamento satisfaciamus illi intentioni quæ est humorũ fluxũ & inflãmationẽ in principio morbi prohibere, & ꝙ hoc efficere possit neminẽ negaturũ credimus, Si enim frigidi est repellere, & sic humorũ fluxũ prohibere hinc etiã inflãmationẽ & hoc nostrũ medicamentũ cum cõstet aqua simplici quæ frigida est, ideo nullus negabit hos effectus præstare, Sed in morbi principio in quo maior imminet de humorũ fluxu suspicio & de generanda inflammatione, eo ordine vti debemus hoc medicamento; vt sæpe in die, & maxime in feruentiori tẽporis statu vt super imposita frustula cum aqua perfundamus, nec dimittamus illa penitus siccari, quia tunc siccata attraherent a Cẽtro & sic humorũ fluxũ & inflammationẽ excitarent,, cuius oppositũ intendimus, sed quoties in die sint perfundenda, nõ aliunde determinandus est numerus quam per sensum tactus, cũ sentimus vulneratã partẽ remotis fascijs & relictis solis frustulis adhuc humidã tunc desistendũ ab illa perfusione, si postea apparebunt frustula esiccata, tunc erunt perfundenda & hoc toties in die, ac nocte faciẽdũ prout fuerit oportunũ, sic prohibito humorũ fluxu & inflammatione, quod in morbi principio procurandum est, primæ intentioni a nobis

ſatisfactum erit,
autem aliquod infixũ quodcumq; ſit illud vt iam ſupra diximus extrahendũ ſit, cum nõ ſine violentia fieri poſsit, niſi quædã præcedat dilatatio, ideo hoc opus naturæ potius cõmittamus ipſamq; hoc noſtro medicamento iuuemus; q̃ medico, vt hoc ſuis inſtrumentis efficiat, quam dilatationem, cum ſuppuratio præcedere debeat, & hanc hoc noſtrũ medicamentũ præſtare cum iam determinauerimus ideo ad aliam intentionem properemus,
i ex aliquo curando vulnere nihil infixũ ſit extrahendũ, vulnus autẽ ſit magnum, vt Natura & medicus finẽ quẽ primo intendunt partis videlicet, coniunctionẽ in ſoluta vnitate conſequantur, primo vulnus erit ſuendum, ea tamen ſutura, quã pars vulnerata requiret pro qua intẽtione ad Galenũ, recurremus in ſexto methodi vbi varios docet ſuendi modos, de
" quibus ſuturis, de faſcijs & de ligaturis præ-
" ter ea quæ habemus ab Hippocrate & a Gale-
" no de his non nulli ex recentioribus optime ſcripſerunt, ligaturæ enim pro vt vulnera varia ſunt, ita variæ requiruntur, & ſic in varijs morbi tẽporibus, Si igitur vulnus fuerit magnũ, ſtatim erit conſuendũ, ſi paruũ ac tantũ mediocre, tunc ſine aliqua præmiſſa ſutura huius medicamẽti auxilio natura ipſa ſatisfaciet huic intẽtioni quæ tertia fuit in ordine.

CAPVT DECIMVM.

QVuod hoc noſtrũ medicamentũ nulla intercedẽte ſutura, vel ligatura, ſeu glutine, labia partis vulneratæ inter ſe diſtantia ad coniunctionẽ reducere poſsit, ne videatur mirũ his qui huic medicamẽto detrahere nõ ceſſant, rationibus experientiã cõprobantibus iam demonſtremus, Primo oſtẽdamus de hoc medicamẽto ꝙ ab intus cum illis fruſtulis trahat foras vt a Centro ad circumferẽtiã, ab internis vulneratæ partis, ad extrinſeca, Deinde demonſtremus vnumquodq; fruſtulũ a ſua circumferẽtia trahere ad ſuũ Centrũ, qui motus licet primo aſpectu videatur primo iam dicto oppoſitus, declaratis quæ ſequuntur non talis videbitur, primo igitur ꝙ trahãt a Cẽtro ad circumferẽtiã, ab intus foras iam ſatis probauimus, hæc enim fruſtula de ſui natura ſicca, ea poſtea humiditate eſiccata qua fuerant perfuſa, ex naturali appetitu aliã humiditatẽ appetentia ſemper attrahent ab internis partis vulneratæ ad extrinſeca, fruſtula etiã cum & ipſa habeant Centrũ & circũferentiã quorũ Centrũ ꝙ reſpectu totius circumferẽtiæ prius ſiccetur, nemini mirum videri exiſtimamus, calor enim illius vulneratæ partis, vel qui iam præter naturã

euasit si vulneratus febricitet, magis aget cõ
tra frustuli centrnm, quã contra circumferen
tiã, quia centrũ frustuli magis contangit vul-
nus, quã circumferentia illius, cum circumfe
rentia contangat partẽ vulneratam nõ autẽ
ipsum vulnus, & sic ex illa vel caloris natura-
lis vel præter naturam reactione infrustula,
centrum frustulorum citius esiccatur, quã cir
cumferentia eorundẽ, vt neminem non affir
mare iudicamus, quod centrum magis esicca
tum trahet a sua circumferentia in se ipsum,
in qua attractione sequitur ꝙ etiam trahat si
mul versus centrũ labia partis vulneratæ ad
coniunctionẽ, & hac ratione dicimus vt supe
rius innuebamus ꝙ illorum frustolorũ figura
talis sit, vt eorum primũ quod post imposita
turũda si his indigeamus, applicamus, sit figu
ræ circularis, quia sic cũ æquidistet eius circũ-
ferẽtia a suo proprio Cẽtro, ipsum Cẽtrũ faci
lius trahet ab omni parte circumferentiæ, Cæ
tera autem frustula quæ post primum super-
imponuntur, si non sint penitus figuræ circu
laris ad eam accedant, vt sint quadratæ vel
quadrilateræ saltem figuræ, vnde sequentur
in attractione primũ frustulum, quam attra
ctionem conueniens etiam ligatura iuuare
debet, vt tale medicamentum ipsi naturæ in
hac intentione auxilietur vt auxiliari posse
ni fallimur probauimus,

Sed iã videamus, an quartæ etiã intentioni sa-
tisfacere posſit, quæ eſt vulneratæ partis sub
ſtantiam conſeruare quo tutius fieri poſsit,
ne ab his quæ extrinſecus occurere poſſent of
fenſionẽ recipiat vt prohibẽdo dolorẽ, a quo
humorũ fluxus, inflãmatio, cæteraq; sympto-
mata quæ in vulneribus ſuperuenire ſolent
occaſionem ſumunt, ꝙ hoc medicamentum
huic intentioni ſatisfacere etiã poſsit, iã oſtẽ
damus. Quis enim negabit non eſſe melius
hæc prohibere quin ſuperueniant quã vbi iã
ſuperuenerint, expellere, & melius eſſe hoſtẽ
nõ recipere quã admiſſum velle reicere, vt in
omnibus actionibus eſt melius præuenire
quã præueniri, hoc quotidie ita eſſe experiun
tur in Arte medica optimi medici, vt in Arte
militari optimi milites, Hinc diuinũ Hippo
cratẽ in primo Proriticorum textu primo &
„ tertio dixiſſe credimus, in primo, medicũ pro
„ uidentia vti optimũ eſt, In tertio autẽ ſic ita
„ curationẽ optime molieris ex præſentibus fu
„ tura proſpiciens, Cum igitur in omnibus vul
neribus & in his præcipue quæ ſunt in mẽbris
principalibus vel in vicinioribus eis, pro cita
facili, & tuta curatione perficienda, maximi
momenti ſit inflãmationẽ prohibere, quæ vt
diximus cũ ſuæ generationis occaſionẽ potiſ-
ſimũ trahat, a dolore, ideo medicamẽtũ illud,
in cuius vſu, vel nullus dolor, vel minimus, reſ

pectu illius qui contingit in vſu aliorũ medicamentorũ, contingat, præ omnibus medicamentis erit laudandũ, & ad vſum reuocandũ: Sed ꝙ hoc noſtrũ medicamẽtũ tale ſit, nullus niſi qui ſenſus & rationis erit expers hoc negare poterit, Cito .n. medetur, & tuto, quia ſine dolore, additur etiã ꝙ in hoc ſimplici medicamento non egemus tot varijs præparationibus vt in quibuſcunque alijs medicamẽtis quibus in curandis vulneribus vtimur.

Quæ maxima varietas in cæteris ineſt, cũ reſpectu eorũ quæ defenſiua, ſeu repercuſsiua dicũtur, tũ reſpectu tot vnguẽtorũ, & oleorũ ceratorũ & conſimiliũ, ac reſpectu variorũ inſtrumentorũ quibus vtuntur. Dũ.n. hoc oleo, magis quã illo, vel vnguento vel cerato, & modo magis, modo minus calido ſeu potentia, ſeu actu, ex hac varietate, & confuſione, & præter hæc ſi vulnus, ſit cũ oſsis offenſione in quacunque ſit parte ſed præcipue in capite, cũ velint, hoc noſtrũ medicamentũ reſpuentes, aliquod os infixũ vel aliud extrinſecũ extrahere, ſtatim ad ſua ferrea inſtrumenta deueniunt, in qua actione, vel in capite vel in quacunque alia parte corporis id peragendũ contingat, cũ maxima etiã inde ſequatur cõcuſsio in ea parte in qua talis fit actio & inde humorũ in toto corpore ſequatur agitatio, & magis quo res pertractatur ab aliquo parum perito, vel

si a perito, nimis audaci & impio, vnde humorum facillime excitatur fluxio, & hinc inflammatio, & varia ac sæua superueniunt symptomata, in nostro autē medicamento cum hæc incommoda nō occurrant, ideo cœteris quæcunq; sint excellit:

CAPVT XI.

HOc nostrum medicamentū quartæ etiam intentioni ꝙ satisfacere possit, cum cito, tuto, & sine dolore medeatur vt iā ꝓbauimus, cum sit satis notum non est amplius in dubium reuocandum, simplex est ac idē semper & tale a natura, non autem ab arte paratum, & omni parti nostri corporis familiare, cum quia nulla pars in corpore est, quæ non constet ex quatuor elementis inter quæ est aqua, tum quia nulla pars nutritur sine hoc elemento, sed inter omnes humnani corporis partes, hanc familiaritatem certius ac euidentius ostendit cū cerebro, quod cum dicatur a prædominio temperatura frigidum & humidum, ideo prius cum cerebro deinde cū alijs partibus cerebro consimilibus illam seruabit familiaritatem, quæ familiaritas seu conuenientia medicamēti cum parte affecta ꝙ in quacunque curatione sit magni facienda, docet Galenus & in Quinto methodi

medendi, & in quã pluribus alijs locis: Sed aliquis eorum qui hoc medicamẽtum eo magis odio prosequuntur quo magis eius præstantia ratione comprobatur, dicet, quamuis hoc medicamẽtum vt vidimus possit satisfacere iam dictis intentionibus & indicationibus, alias autem præstare nõ posse, abstersionem scilicet alicuiusq; materiæ resolutionem quibus etiam quandoq; in vulneribus egemus, & præsertim cum vulnera curanda simplicia nõ sunt, iam enim probauimus de hoc medicamento ꝙ possit repercutere, qui effectus cum a frigido proueniat resolutio autem a calido, non videtur rationi consonum ꝙ resoluere aliquo modo possit.

[E]t his pro viribus nostris satisfaciamus dicendum ꝙ omnes istæ variæ actiones quæ ab hoc medicamẽto contingere possunt in aliquo curãdo vulnere, & in varijs ipsius morbi tẽporibus, a Natura fiunt tanquã a prima efficiente causa, a medico autem vt a ministro, a medicamentis autem vt ab instrumentis, hinc dicebat Hippo. vt supra etiam retulimus, Naturæ medicatrices, dum enim est attrahendũ per atractricẽ Natura attrahit, cum retinendũ, per retentricẽ retinet, cũ conquoquendũ, per concoctricẽ conquoquit, & cũ expellendũ per expultricem expellit, Resolutio autem cum sit quædam expulsio, virtus explutrix

cum erit expellendum expellet, quã facultatẽ ꝙ hoc medicamentum iuuare poſsit ex iam declaratis ſatis probatum fuit: Calor naturalis dum poteſt ſupra morbum nihil oportunũ prætermittit, dummodo, nõ ſolum a medico nõ impediatur vt ſæpe accidit, ſed ipſi auxilietur, vt accidit in hoc medicamento in quo Natura ſeu calor naturalis, in hac reſolutionis vel expulſionis actione, ab ea fruſtulorum attractione ſi ea methodo res agatur vt ſupra declarauimus, maxime corroboratur: ꝙ etiã hoc medicamentum valeat abſtergere omnẽ exiſtentẽ in vulneribus ſorditiem, mulierum exemplo demonſtratur, quæ ad detergendas quaſcunq; ſordities a veſtibus & cõſimilibus aqua vtuntur vt ſi inter omnia maxime abſtergat, ratione igitur aquæ, & fruſtulorum hoc medicamentum abſtergere poterit, & ſic illis de reſolutione & abſterſione dubitantibus ſatisfactum ſit.

CAPVT XII.

SED Aliquis adhuc hoc noſtrum medicamẽtum impugnabit, vt ſi iam dictis intentionibus ſatisfacere poſsit, duabus autẽ reliquis nunquã, vt regenerationi carnis deperditæ, & cicatrici inducendæ, dicendum ꝙ his, vt alijs ſatisfacere poteſt, cum in his duabus intẽtionibus, vt in alijs ipſa Natura ſit prima

causa

usa in actione, eius tamen medicamenti cō
rrente auxilio, & hoc primo de carnis rege
ratione ostendemus, Cum pars vulnerata
qua caro est regenerāda, ab omni sorditie
ierit expurgata, tunc erit modice etiā eſicca
, nō amplius de humorū fluxu, nec de dolo
e, vel de inflammatione tunc imminet suspi
io, & cum in ea parte nulla remaneat intēpe
ies, ideo Natura ipsa carnē aggenerabit hoc
nedicamento de foris auxiliante, ac ea iam
victus ratione instituta quæ ad carnis genera
ionē faciat, victus enim ratio vt supra dixi-
mus, eo ordine est instituenda vt morbi tēpo
ra, & variæ indicationes quæ in his varijs tē-
poribus insurgunt pro curādo vulnere, requi
runt, nō eandē semper in omni morbi tēpore
seruandā esse, tanquā inuiolabilem ac sempi
ternā legem, In principio morbi vt diximus
ad prohibendum humorū fluxum & inflam-
mationē, victus ratio tenuis est instituēda, di
uersa autē ab ista dū pus generatur, & adhuc
diuersa dum est abstergendū, vel caro agge-
neranda, vel cicatrix inducenda, eodē ordi-
ne procedendū est in hoc administrando me-
dicamēto; quoniā aliquando debemus atten
dere refrigerationi & repercussioni, quādoq;
autem cuidam remissæ caliditati, vt nec refri
geremus nec multū cale faciamus vt cum pus
est generandū, quandoq; autē attendendum

est attractioni, quæ per quandam fit siccitatem; quomodo autē hoc medicamētū per illa frustula illam præstare possit iam declarauimus, sic etiā sarcoticū reddetur hoc medicamentū seu carnis aggeneratiuum, cum per tale medicamentū remoueantur omnia impedimenta regenerādæ carnis, sorditiē abstergit, dolorē prohibet, & hinc humorum fluxum, & inflammationē & a vulnerata parte omnem malam intēperiem, & per illa frustula cum vt opus est siccet, nihil obstabit quin ipsa natura hoc concurrente medicamento carnē etiā aggeneret, in eo scilicet tēpore morbi, in quo caro est aggeneranda, sed vt natura id cōmodius & citius efficiat, qui iam nec de humorū fluxu nec de inflāmatione amplius timemus, nec de alijs accidentibus quæ in hoc morbo contingere solent, cum ipsa natura ipso morbo in omnibus superior euaserit, Ideo talis ratio victus est instituenda quæ bonos & laudabiles humores generet, oua recentia, cum sorbilia, tum tremula concedenda erunt, sic caro dummodo sit, laudatorū animalium, vel terrestrium, vel volatilium, vel aquatilium, & vt magis fieri potest careant excrementis, & potius siccum quā humidum generent nutrimētum, vt sunt perdices Isydes seu phasiani, Hœdi, Veruex, quandoq; & vituli, inter minores autem aues, caro Alaudarum, Turdo-

ium & consimilium laudanda, caro etiam iu
uenum gallinarum & siluestrium pipionum,
inter aquatilia autem animalia sunt magis
laudanda, quæ habeant carnem minus humi
dã & friabilem, vt Carpio, Trutta, Lucius,
Canicula, Perca & consimiles pisces, & mari
ni potius laudandi sunt, & condiendi sunt vt
videbitur assistenti medico, in quorum vsu &
aliorum omnium ægrorum consuetudo non
est spernenda, de qua nos admonuit Hippo-
crates in secundo aphor. apho. xxxviij. cum
diceret, Parum diterior potus, aut cibus, me
lioribus quidem, sed minus suauibus est præ
ferendus, vinum etiam tunc temporis pro po
tu concedẽdũ erit, quod tamen oligoforum
sit, & vt oportunum videbitur medico præ-
senti:

CAPVT XIII.

DE Obducẽda tandem cicatrice dicimus
ꝙ vbi caro sit regenerata, nihil aliud re-
manet, vt deniq; quod primũ erat in intẽ
tione, consequamur, nisi vt illa caro cicatrice
obducatur, & cũ epuloticũ medicamentũ de-
beat sine morsu esiccare & adstrĩgere, vt caro
humidior regenerata siccetur & cõstrĩgatur,
egemus igitur tunc medicamẽto, quod in se
ipsum contrahat carnẽ ac reducat in minorẽ
quantitatẽ, quod igitur est epuloticũ debet
magis siccare quã sarcoticũ, sed ꝙ hoc nostrũ

medicamentũ huic vltimæ intentioni ipsam naturã adiuuans satisfacere posſit, ex iam dictis videtur satis probatum, posſumus enim hoc medicamentũ & magis & minus siccans reddere pro vt magis vel minus esiccari permittimus illa frustula, quo ad victus rationẽ, tunc etiã vti debemus his quæ nutrimentum siccius aggenerẽt, & aliquo modo adstringãt, & sic inter animalia, siluestria, magis quã domestica conuenient, vinum etiã aliquomodo rubeũ & subad stringens cõueniet, nisi aliud occurrat quod huic intentioni se opponat, inter fructus, pira, & mala cidonia decocta cõcedenda sunt, sic cæteri fructus qui de hac participent adstrictione:

Sed his omnibus declaratis, aliquis diceret, cum variæ reperiantur humiditates, seu liquores, vel succi, qui vt hoc medicamentũ & fortasse melius, aliquibus ex his intentionibus satisfacere posſint, ideo non videtur ꝙ hoc medicamentum cæteris excellat:

Pro solutione supponimus primo vnũ, quod est ex Galeno in quã pluribus locis & inter alia
„ in primo de cõpositione medicamentorũ per
„ genera cap. iij. in quo hæc habet, si solis sim-
„ plicibus medicamentis vniuersos præter na-
„ turam morbos curare liceret, nullus vtique
„ vnquam compositis vsus foret:

Secundo supponimus ꝙ ideo dicitur ꝙ Ars imi-

etur naturã, quia ars nõ posſit efficere quod facit natura quamuis ars ipſa idem intẽdat, ex illis Galeni verbis elicimus hoc verũ fundamentũ ꝙ ſimplex medicamẽtũ dum modo eiſdem intentionibus & indicationibus ſatiſfacere poſſit, ipſi cõpoſito tanquam præſtantius ſit anteponendum:

d hoc noſtrũ medicamentũ eſt ſimplicius omni alio medicamento quo rationales ac periti medici hactenus vnquã vſi fuerint, dimittimus enim illum ſuperſtitioſum ac vanũ medendi modũ quo hodie vtuntur non nulli ex Germanis, ſed præcipue Boehemi, noſtrũ ergo medicamentum eſt ſimplex & tale vt poſſit ſatisfacere omnibus indicationibus a curandis vulneribus deſumptis omnibus igitur alijs medicamentis erit anteponendum, Si.n. ſolo rhabarbaro vel alio conſimili humorem bilioſum ex humano corpore attrahere poſſemus, ſtultitiæ adſcribendũ eſſet medico, ſi cũ ipſo rhabarbaro vellet aliud admiſcere, vt illum humorem commodius attraheret, & præſertim ſi de facultate illius quod addit, eſſet incertus, vel ſi ſciret illius additi facultatem eſſe, vt bilioſum humorem cum rharbaro vacuet, tamen neſcit quid ex commiſtione prouenire poſſit, ſic etiam ſi ex ſuo ingenio, medicus ex pluribus, & diuerſis medicamentis vellet vnum conficere, vt eam facultatem va-

cuādi biliosū humorē acquireret, qualē alias in rhabarbaro expertus fuerit, & certū pro in certo relinquere maxime damnandus esset.

Cum igitur omnis alia humiditas, vel liquor, vel succus quicunq; sit ille, cum ex aliquo misto e diuersis inter se elemētis, eliciatur artis opere, & a vero simplici magis quam hoc nostrū recedat, ideo omnis alia humiditas, vel liquor, vel succus quamuis per aliquā qualitatem posset iuuare, posset etiā per aliam nocere non cognitam, ideo omnis alia humiditas quæcunq; sit præter istam dimittenda,

Siquis autem iterum instaret, ꝙ cum in curādis vulneribus esiccationē desideremus, quæ cū potius a vino quā ab Aqua speranda sit, ideo videretur magis eligendum:

Dicendum ꝙ licet vinum quo ad hanc intentionem satisfacere posset, alijs autē intētionibus curatiuis, & in omni morbi tēpore, nō potest satisfacere, q̄a eius manifesta caliditas repugnat, præterea cum vinum sit ex mistis, varias & fortasse oppositas habebit facultates & inter alias, aliquā forttasse nobis ignotā ideo & per caliditatē iam manifestam, & per aliam nobis occultam ob esse posset qualitatem:

Caput xiiij. & Vltimum.

SED Quoniam in principio huius Tractatus diximus, eius medicamenti vsum in omnibus vulneribus, sed pro vt ab vlceribus

istinguuntur esse admittendũ, vulnera enim
& vlcera quãuis apud non nullos videantur
tẽpore tantũ differre, quia vulnus sit solutio
continui recens facta, vlcus autẽ vetus, a tẽpo
re autẽ non sumatur indicatio vt in metho-
do medendi declarat Galenus, hic tamen nos
vlcera relinquẽtes, vt si a vulneribus differãt,
& si non omnia, tamen non nulla ex illis egen
tia diuersis ab his quibus egeant vulnera pro
curatione in qua cum dixerimus hoc medica
mentum in omnibus vulneribus conuenire,
& inter ea cum dentur non nulla venenata;
vel a venenatis instrumentis illata, vel a Ca-
ne rabido quorum prima intentio apud om-
nes peritos medicos, est attrahere a Centro
ad Circumferentiam & ab intus foras ne ve-
nenum petat interiora, sed de hoc nostro me
dicamento totum oppositum agere aliquis
diceret, cum enim prohibeat humorum flu-
xum & inflammationem, in retinendo vel
attrahendo veneno non videbitur conueni-
re, & sic non auxiliabitur omnibus vulneri-
bus vt fuit a nobis determinatum.

Pro solutione huius dubitationis quæ fundamẽ
to satis probabili niti videtur, notandum, ꝙ
principalis medicorũ intẽtio in vulnerum ve
nenatorum curatione, est prohibere veneni
penetrationem ad interna, sed ꝙ hoc nostrũ
medicamẽtũ vt illa ratio probare videbatur

non posſit hoc efficere falſum eſt, vt probabimus, hoc primũ declarato, ꝙ in his venenatis vulneribus, vel in quibus de veneno imineat ſuſpicio, ea ſint per os exibenda quæ poſsint internas partes & præcipue principales a veneno tueri, quæ aũt hoc poſsint efficere ſunt oĩbus medicis nota, ideo ſuperuacaneũ erit, hic ea referre: Sed hoc vnũ maxime notandũ pro uitando veneni nocumento, hæc vulnera, vt magis fieri pōt ſeruentur aperta, & ſi aperta nō fuerint, vt aperiantur, vt virus inde extrahi poſsit, ſi aũt fuerint aperta, per attrahẽtia, & intromiſſa turunda talia conſeruentur quorũ vſus in extrahendis ẽt infixis eſt neceſſarius, quæ ex varia materia fieri poſſunt, vel ex cannabe, vel ex lino, vel ex ſpongia, vel ex quibuſdã radicibus, quæ vt magis attrahent de humiditate, magis intumeſcent, & ſic magis dilatabunt, verũ notandũ eſt, ꝙ dum ea turunda intromittimus, debent intromitti, vel ſicca, vel infuſa in aqua deĩde optime expreſſa: His ſtãtibus quis vnquàm negabit hoc medicamentũ in his ẽt vulneribus conferre? doctus n ac peritus medicus, qui iam huius medicamẽti vires nouerit, reddet hoc mediacmẽtũ magis & minus attrahens ꝓut cuiq; videbitur, cũ.n. permittemus illa fruſtula in vulneribus diutius morari non amplius illa humectantes quis neſciat illa fruſtula pluri-

mum attrahere?côueniet igitur hoc medicamentũ & in vulneribus venenatis,cũ ꝙ attrahat,tũ quia per illa turunda conseruamus vulnus apertũ,ac ẽt quia aqua de sui natura veno se opponit,vt serpentũ exemplo manifestũ redditur, eorum.n.venenũ in aqua redditur inualidũ, vt norũt oẽs qui sine periculo serpentes in aqua contractant Sed cum oĩa quæ hactenus a nobis dicta fuerĩt aliquis admiserit, dicet ꝙ cum hæc videantur dissentire a dictis Magni Hippocratis,ideo nullo mõ ad mittenda esse, multa habet Hippocrates quæ de directo huic medicamento videntur opponi,vt in Quinto aphorismorum aph.xvij.vbi sic habet frigidũ aũt comuulsiones, distensiones,liuores,rigores febriles,Aqua autem,cũ non solum sit frigida,sed primum frigidorum, ideo pro hoc vsu nullo modo videtur admittenda.

Secundo,in eodem quinto aphorism: aph. xviij. vbi hæc habet,frigidũ inimicum ossibus, dentibus,neruis,cerebro,spinali medullæ, calidũ vero vtile,sed hoc medicamentũ in omni vulnerata parte & maxime in capite restituendã sanitatẽ promittit, quod cum dicat Hippo:a contrario,a calido scilicet fieri,ergo nullo modo admittendum.

Tertio in eodẽ quinto aphorismorũ aph.xx.hæc habet vulceribus frigidũ mordax,cutẽ obdurat, dolorẽ insuppurabilẽ facit, liuorem ob-

„ ducit, rigores febriles, conuulſiones, & diſtē-
„ ſiones, hoc autem medicamentum oppoſitū
„ promittit, ergo non admittendum.

Quarto in eodem quinto aphoriſmorum in fine
„ apho. xxij. omnibus iam dictis nocumentis
„ addit hoc maius. frigidum autem inimicum
& perimens, hoc igitur medicamentum cum promittat oppoſitum eorū quæ dicit Hippocrates, ideo nō ſolum vt inutile, ſed tanquam venenum ac peſtis ab orbe reiciendū concludimus omnibus his Hippocratis rationibus viſis, & quibuſcunq; alijs quæ aliūde ad oppugnādum hoc medicamētum adduci poſſent,
„ Ex his quæ habet Galenus in cōmento xviij.
„ Quinti libri aphoriſmorum facillime ſatisfaciemus, & ſimul cōprobabimus huius medicamenti præſtantiā eiuſdē Hippocratis & Galeni authoritate, ꝙ non nullis mirū videbatur. In illis cōmentis vt ea quiſq; legere poterit dicit Galenus, immodicum frigus eſt in cauſa horum nocumentorum, & addebat vt non oportet vltra modum ipſorum ſabſtantiam ab immodico calore diſſolui, ſic nec vltra modum refrigerari & in vnum cogi,

Hoc autē noſtrum medicamentū ꝙ non ſit tale, vt hæc ſcilicet nocumēta efficere poſsit, quis vnquā dubitabit? ꝙ nō vltra modum refrigeret partem affectam, experientia per ſenſum tactus comprobat, in ea enim actione, & rea-

ctione, quæ prouenit ab hoc medicamento apposito vulneri curando cum calore naturali, vel præter naturam, calor, medicamenti vires semper vincit, illa enim frustula a vulnere remota si contangantur, ea semper supercalefacta non autem frigida sentiemus, nec partem vulneratam refrigeratam contãgemus, Tale igitur nostrum medicamentum nunquam iam relata nocumenta, parturiet, & eo magis quo a perito medico, & philosopho qui rerum causas speculetur, & ea quã diximus methodo vtatur in eius administratione, cessent igitur imperiti huic medicamento detrahere, eiusque præstantiam denigrare, & incipiant tanquam ignorantes eius facultates & præstantiam admirari, ex qua postmodum admiratione de ipso philosophari.

Hoc vnum modo relinquitur vt ostendamus, an ex authoritate alicuius ex alijs antiquis eiusdem præstantiam vt ex authoritate Hippocratis & Galeni comprobauimus, adhuc cõprobare possimus, dicimus ꝙ sic,& primo ex eodẽ Hipp. in quinto aph. aphorismo xxj. aliqua habet,ex quibus elicimus hoc medicamentum semper prodesse, nunquam autem
„ obesse, quæ sunt, Est autẽ vbi in distẽtione si
„ in vlceratione in iuuene bene carnoso, in me
„ dia æstate frigidæ aquæ multa perfusio calorẽ

„ reuocat, calor aũt hæc soluit, Sed ĩ hoc nostro medicamento calor naturalis cũ non solũ non superetur, ab illius facultate, sed idẽ calor sẽper superior euadat, quantum sit ex parte medicaméti, iõ vt in illo iuuene, sic in aliqua vulnerata parte calor naturalis semper corroborabitur, quo stante quis negabit ꝙ idem calor possit postea quemcunq; morbũ deuincere et expugnare? idẽ voluit Galenus in illis iã citatis cõmentis illorũ aphorismorũ, quibus addi possunt quæ dicebat idẽ Galenus in primo de simplicium medicamentorũ facultatibus cap. iiij ac etiã in septimo, quæ quicunq; legerint, hoc nostrum medicamentum ad metẽ etiam galeni admittent,

Sed ne videatur in sola Galeni, & Hippocratis authoritate licet omniũ maxima niti, ideo videamus quid de ipso apud Corneliũ Celsum
„ reperiatur, in primo sui operis libro cap iiij.
„ de aqua vt de medicaméto exterius applican
„ do quibusdã prius præmissis hæc dicebat, ca-
„ piti nihil æq; prodest vt aqua frigida, itaque
„ cui hoc infirmũ est, id bene largo canali, quo-
„ tidie debet aliquandiu subicere & in eodem
primo libro ca viiij. hæc addebat, Aqua vero frigida infusa præterq̃ capiti, stomaco etiam prodest, item articulis, doloribusq; qui sunt, sine vlceribus, per vlcera hic debemus intelligere antiqua & maligna, in quibus vt supradi

ximus huius medicamenti vſus non cõuenit, qui igitur hoc medicamentum admittere no lunt, hæc Cornelij celſi verba penſitent, in quibus luce clarius habemus quod calor naturalis ex hoc medicamento maxime corroboretur, & vt nullam corporis partẽ oſſendere poteſt, ita præcipue caput iuuare poterit, dummodo eo, tali vtamur methodo quam ſupra poſuimus, alias autem Cornelij authoritates vt in quinto libro cap. xviij. & in eodem alijs in locis, & alias quæ in ſexto leguntur vt prolixitatẽ vitemus & quoniam quiſq; ex ſe ipſo perlegere ac perpendere poterit dimittimus.

Euſdem medicamenti præſtantia, necnon Auicennæ. auctoritate in ſecũdo libro de ſimplicibus cap. de aqua in quo hæc habet comprobatur, Aqua frigida nocet habentibus oppilationes, verum confert habentibus raritatem, & curſum quicunq; fuerit ille curſus, & ex quocunq; membro: & his qui habent ægritudines propter raritatem & fluxum & confortat oẽs virtutes in omnibus operationibus ſuis, quando ſunt cũ æqualitate, Digeſtiuam Attractricem, Retentricem, & expultricem, Sed dicant quæſo qui huius medicamenti vſum reſpuũt, quid aliud medici in ſuis medicamentis quæcũq; ſint, exoptãt, quàm vt in præſeruatione a morbis, vel in eis curandis Naturæ auxiliari? quod tunc præſtant, cum illis quatuor vir


tutibus naturalibus auxiliantur, ad quas ſuperius nos reſpicientes, diximus Hipp. vocaſſe Naturas, & non Naturam in ſingulari numero, medicatrices: quibus tantorum Auctorum additis auctoritatibus non ad probandã eius medicamenti præſtantiam, cum per demonſtrationes id iam probatum ſit, ſed ad confirmandam tantum, licet de ſui natura nõ autem ab aliqua occulta proprietate habuerit, vt ſemper cum methodo adminiſtratum calorem naturalem iuuare poſsit, omnibus in orbe degentibus cõmune ſit, & in quacunque religione viuentibus, vt Hæbreis Turcis, & quibuſcunque alijs, ſuas vires impartiri poſſit, eas tamen Chriſtianæ religionis cultoribus & obſeruatoribus vt per aquã renatis certiores præſtare poſſe pro comperto habemus: in illo enim trino fruſtulorum numero Trinitatem reſpicimus, non ꝙ cum Pythagoricis numerum aliquid agere ſentiamus, cũ ex Ariſtotelis auctoritate quia in prædicamẽto quãtitatis reponitur, nullam actionem habeat. Sed Trinitatem ipſam in tali numero & quãtitate, cum ipſa vera, ſubſtantia ſit, vere agere exiſtimamus, eoque magis ſi ad diuinum ab ipſaque Trinitate exorandum auxilium, vt vulnerato ſi ita ipſi videbitur ſanitas reſtituatur, hæc non ſpernenda nec paruifaciẽda verba, quibus & nos hucuſque vſi fuimus & ex vo

o cum tali medicamento complures ſanaui-
mus, addamus, quæ ſunt, O dulciſsime domi
ne IESV CHRISTE qui in hunc mundum
vt genus humanum iam diu varijs morbis af-
fectum ſanares, ac redimeres, deſcẽdiſti, quod
et virtute baptiſmatis, & eius aquæ quæ ſimul
cum ſanguine e vulnere tui thoracis exiuit
perfeciſti. ita nunc in hãc præſentem aquam
eandem virtutem infundas, vt hic noſter vul
neratus citam, tutam, & ſine dolore ſalutem
recuperet: quæ verba cum proferuntur, &
aqua & illa fruſtula ſint præparata, quibus ha
bitis maxima cum reuerẽtia verbis, maxima
etiam cum reuerentia ter orationem domini
calem reiterabimus & ſemper in cuiuſque vi
cis fine, aquam ſigno ſanctiſsimæ Crucis ✝
ſignare debemus. Ex quibus omnibus, vel ſẽ-
per vel ſæpius vulneratos omnes ſecũdam ſa-
nitatem ex hoc noſtro medicamento conſe-
quuturos ſperamus, in quo tractando hunc fi
nem, & non aliquam oſtentationem vel inanẽ
gloriam habuimus, quod ſi effecerimus, vt ali
qua ex parte humano generi profecerimus,
tibiq; Princeps Illuſtriſsime ſatisfecerimus;
Deo Opt. Max. & CHRISTO domino nr̃o
ſit honor & gloria ſin minus id perfecerimus
imbecillitati ingenij noſtri adſcribatur.

FINIS LAVS DEO.

Donatus Turrius Vicarius.

Ego Nicolaus Alexius Perusinus Cō-missarius Sanctæ Inquisitionis opusculum hoc tanquam vtile & catholicum approbo.



Perusiæ: Excudebat Valens Panitius Mantuanus, Impræssor Illust. Decemuirorum, & Excell. Collegij. +M L D XX.

+ MDLXX.

vid. = Notizie di Filippo Palazio da Todi comunicate al D. Sancassani dal Sig.r Gio: Battista Boccolini = in p.o Tomo Op. giorn. Sancassani in fol. Roma 1731. sub p. XIII.

